

19

34683

MICHAEL MCCORMACK
& COMPANY
NEW YORK

83

BIBLIOTECA
DE LA
Universidad de Salamanca.
Sala Est. Tab. Núm.

1^a

34683

616705105

M. AVRELIi OLYMPIi
NEMESIANI CARTHAGINIENSIS.
T. CALPHVRNII SICVLI
Bucolica.

Nuper à situ , & squallore vindicata,
Nouisq; Commentarijs exposita
Opera, ac studio

ROBERTI TITII BVRGENSIS.

AD

LVCAM TVRRIGIANIVM
PATRITIVM FLORENTINVM.



FLORENTIÆ,

Apud Philippum Iunctam. MDXC.

Cum Licentia Superiorum.

Biblioteca de la Libreria del Colegio de Cañada

OPTIMO AC STUDIOSSIMO
ADOLESCENTI

Lucae Turrigiano

ROBERTVS TITIVS. S. P. D.



RECISTI tu quidem benigne, ac perhumaniter, adolescens optime, qui nullo meo merito ductus, sed ipsa duntaxat naturę tuę bonitate persuasus eam istius egregię tuę erga me voluntatis significationem prębuidisti, qua ego maiorem vix fieri posse arbitror; nam licet munus ipsum, quo me non ita diu affecisti, per se ingens, ac perhonorificum videri debeat, suavissimus certę ille sermo, quo te, resq; tuas omnes meis commodis paratas, atq; expositas esse mihi significasti, omnem prorsus humanitatem longę superat, quocirca isthoc insigni facinore aded me tibi deuinxisti, vt, quia grati animi testificationem aliquam tibi modo prębere nequeo, vitam mihi insuauem, ac penę acerbam putem, ita enim sum à natura comparatus, vt vnus omnium, aut certę vnus ex pluribus molestissimę feram, si quando officijs, aut beneficijs à quoquam superer: verumtamen ea potissimum ratione me interdum consolor, quam à prudentissimis, ac sapientissimis viris accepi affirmatibus magni animi esse officij alterius obliuisci, meminisse sui; ac sanę, si te probę noui, ha-

* 2 ud ma-

nd magnoperè sollicitus esse debeo de referenda tibi gratia ; id quod tua nimirum singularis efficit humanitas ; quamquam nulla prorsus ratione id consequi possem , cum laudem hanc semper quæras , spem omnem vt adimas grati animi declarandi ei , in quem beneficium collocaris : atq; hæc cum ita te habeant , non iccirco partes meas obliuisci potui ; hoc est numquam non cogitare destiti , quoniam tandem pacto ingrati animi notam penes alios effugere possem : itaq; mihi me , meamq; omnem suppellectilem diligenter , ac sedulo excutienti , nil omnino aptius , atq; appositius , quod nunc tibi mitterem , sese obtulit , quam Commentarius in duos politissimos Poetas superioribus diebus non indiligenter , vt puto , à me confectus : huiusmodi autem ferè sunt munera , quæ potentes amici à nostri ordinis hominibus expectari possunt , ac verò debent ; verba enim pro factis rependere consueuimus , quæ tamen verba sunt qui auro , ac gemmis preciosiora deputent , quorum in numero tu merito collocandus es , Luca Turrigiani , siquidem cum diuitijs vndiq; affluas , idq; ætatis sis natus , vt abs te voluptatum illecebras perquiri , quam virtutem ipsam diligenter , ac studiosè coli ex aliorum , licet praua , consuetudine haud omnino dedecet ; ea tamen est naturæ tuæ bonitas , vt illis inutilibus , ac perniciosis auocamentis prætermisissis ad literarum studia animum appuleris , inq; eis adeò profereris , vt æquales tuos nobiles adolescentes longo iam superes interuallo , nam quod alij tempus ludo , ganeis , aut etiam scortationibus impendunt , tu id totum bonis artibus , & ingenuo adolescente dignis impartiris ; vnde prudentiorum , doctorumq; hominum , ac spectatè virtutis amorem , ac beneuolentiam tibi comparasti , quorum studio , ac præceptionibus informatus

in eum

in eum adolescentem euasisti , qui æquales paucissimos , superiorem certè habeas neminem , vt de te nihil non magnum , atque excellens posthac sperare liceat ; quocirca , vt aliæ causæ abessent , non fuit mihi diutius quærendum , cui nam potissimum hos meos labores nuncuparem ; nisi si in eo fortasse alicui reprehensioni affinis esse indicabor , quòd nimis tenuem rem , atque exilem tibi offerre non sim veritus : sed sic habe : huiusmodi leuia in serias res nos perducere , atq; ad illa , quæ maximi sunt momenti , viam facillimam , & compendiariam sternere consueuissè ; præterquam quod temporis ipsi volui inseruire , nam cum iam autumnus appetat , ac tu pulcherrimum tuum suburbanum , aut alias etiam villas à maioribus tuis magnificentissimè constructas idètidem petere soleas , haud omnino alienum videri debet , si tibi modò rusticanti Nemesiani , & Calphurnij Eclogas legendas præbeo , quas insuper , vt aliquod meæ erga te obseruantia certius , atque expressius testimonium extaret , nostrorum Commentariorum accessione libuit exornare : hos tu Poetas cum propè fontem aliquem sub amœnissimis arboribus in molli gramine confederis , quasi ludens interdum lectitabis , vt sic à piscandi , siue aucupandi , aut etiam venandi labore cessans haud inutili tamen otio te recrees : ego verò eos tibi auctores commendare non debeo , qui satis superq; suo ipsi merito doctorum hominum beneuolentiam , & amorem iamdiu collegerunt ; quamquam hætenus mala omnino gratia eis relata videri possit , cum in tenebris , ac situ tamdiu iacuerint negligentia nimirum dumtaxat typographorum , qui pulchrum à turpi , vtile ab inutili , rectum à curuo dignoscere nequeunt : de mea porò industria , quam in his Commentarijs adhibui , nihil præterea dicere

cere habeo, totum enim iudicio tuo permittò, cuius
meum hunc laborem non omninò displicuisse intel-
xero, posthac operam dabo, vt longè maiora, ac præ-
stantiora à me accipias, nam tempus illud, quod à Iu-
risprudentiæ studiis & negociis familiaribus vacuum
mihi relinquitur, libenter in his mitioribus disciplinis
consumere soleo: interim habebis munus ab homine
tui studiosissimo concinnatum, quod si tuis in eum
meritis dignum non videbitur, at erit certè, quale ipse
hoc tempore prestare potest, id quod penes te perin-
de valiturum spero, ac si cunctis esset numeris absolu-
tum. Vale. Florentia. Kal. Octobr.

CIC I O X C.

Quædam addenda, & emendanda in Commentariorum
finem reieciimus.

NEMESIANI VITA EX PETRO CRINITO
DE POETIS LATINIS.

Avrelus Olympius Nemesianus, Afer genere, patria Carthaginienſis fuit, quod antiquiores codices teſtantur. Per ea tempora in Vrbe floruit, quibus Cæſ. Numerianus, & Diocletianus imperarunt. Quantum præſtiterit in condendis poematis, copioſe relatum eſt à Flauio Vopifco, qui huc ipſum Nemeſianum nobiliſſimum fuiſſe poëtam refert, omnibuſq; colonijs, atq; vrbibus magnopere illuſtratum. Calphurnius Siculus (de quo ſupra ſcripſimus) arctiſſima beneuolentia proſecutus eſt Nemeſianū: eiq; dicauit ſuum carmen bucolicum, veluti monumentum propriæ diligentiæ, atq; optimæ voluntatis. Leguntur adhuc eiſdem Nemeſiani Eclogæ; quibus manifeſto apparet, eum merito commendari inter præcipuos atq; optimos poëtas ſui temporis. Quocirca veriſſimile eſt à Numeriano Imperatore in maximo pretio habitum, qui & eloquentia, & abſolutendis poematis excelluit. Idem Nemeſianus alia plura composuit: nam Cynegetica, Nautica; & Aliëutica ſcripſit. Ioannes Boccacius vir, vt illa tempora tulerunt, haud omnino indoctus, citat Nemeſiani poëtae verſiculos. Hæc ſunt quæ legimus apud veteres autores de Nemeſiano.

CALPHURNII VITA EX EODEM.

Titus Calphurnius natione Siculus fuit, vt inſcriptiones veterum codicum probant. Inter eos poëtas relatus eſt, qui ſcripſerunt Bucolicum carmen: in hoc enim, iudicio eruditorum, magnopere excelluit, cum gratia carminis, tum elegantia & proprietate. Per eadem tempora floruit, quibus Diocletianus Cæſ. & Conſtantij principes Romanum Imperium moderati ſunt. Quæ res manifeſto indicatur ex Commentarijs Flauij Vopifci, qui Olympium Nemeſianum celebrat: ad quem poëta Calphurnius ſuum opus miſit, vt in vetuſtis exemplaribus legitur. Quocirca in magno errore verſantur, qui exiſtimant eum fuiſſe ætate Cæſ. Auguſti. Modicis facultatibus vixit: quod à Calpo deducatur nomen Calpurnij: ſed hoc vt friuolum eſt, ita liberum relinquimus noſtris grammaticis.

*Aurea ſecura cum pace renaſcitur ætas,
Et redit ad terras tandem ſquallore, ſitque
Alma Themis poſito iuuenemque beata ſequuntur
Secula, maternis cauſam, qui luſit in ulnis.*

Alij hoc ad Numerianum referunt, qui & ſcribendis carminibus, & eloquentia præcipuè excelluit. Sunt qui malint ſcribere Calpurnum ſublata aſpiratione, quod à Calpo deducatur nomen Calpurnij: ſed hoc vt friuolum eſt, ita liberum relinquimus noſtris grammaticis.

M. AVRELIÏ OLYMPIÏ

NEMESIANI,

POETAE CHARTAGINIENSIS,

ECLOGA PRIMA.

Interlocutores

TIMETAS, ET TITYRVS.

TIM. **D**VM fiſcella tibi fluuiali Tityre ianco
Texitur, & raucis reſonât tua rura cicadis:
Incipe, ſi quæ habes gracili ſub arüdine carmē
Compoſitum; nam te calamos inſtare labello

Pan docuit: verſug, bonus tibi fauit Apollo:

Incipe, dum ſalices hædi, dum gramina vacca

Detondent: viridig, gregem permittere campo

Et ros, & primi ſuadet clementia ſolis.

TIT. *Hos annos, canamq, meam mihi care ſenectam*

Tu iuuenis, caruſq, deis in carmina cogis?

Viximus, & calamis verſus cantauimus olim,

Dum ſecura hilares ætas ludebat amores.

Nunc album caput; & veneres repuerē ſub annis.

Iam mea ruricolæ dependet fiſtula Fauno.

Te nunc rura ſonant; nuper nam carmine victor

Riſiſti calamos, & diſſona ſtamina Mopſi

Iudice me. Mecum ſenior Melibæus utrunq;

Audierat, laudesq, tuas ſublime ferebat;

Quem nunc emerita permensum tempora vita

Secreti pars orbis habet, mundusq, piorum.

Quare age ſi qua tibi Melibæi gratia viuit,

Dicat honoratos prædulcis tibia maneis.

TIM. *Et parere decet iuſſis; & grata iubentur.*

A Nanq;

II Nanq; fuit dignus senior, quem carmine Phœbus,
 Pan calamis, fidibusq; Linas, modulatibus Orpheus.
 Concinerent: atq; acta viri, laudesq; sonarent.
 Sed quia tu nostra musam deposcis auena,
 Accipe, quæ super hæc cerasus, quam cernis ad amnem,
 Continet, inciso seruans mea carmina libro.

TIT. Dic age, sed, nobis ne vento garrula pinus
 Obstrepat, has vlnos potius fagosue petamus.

TIM. Hic cantare libet, virideis nam suggerit herbas
 Mollis ager, lateq; tacet nemus omne. quieti,
 Aspice, ut ecce procul decerpant gramina tauri.
 Omniparens æther, & rerum causa liquores,
 Corporis & genitrix tellus, vitalis & aër,
 Accipite hos calamos, atque hæc nostro Melibæo
 Mittite: si sentire datur post fata quietis.

Nam si sublimes anima cælestia templa,
 Sydereasq; colunt sedes, mundoq; fruuntur:
 Tu nostros aduerte modos, quos ipse benigno
 Pectore fouisti, quos tu Melibæe probasti.
 Longa tibi, cunctisq; diu spectata senectus,
 Fœlicesq; anni, nostriq; nouissimus aui
 Circulus, innocua clausurunt tempora vite.
 Nec minus hinc nobis gemitus, lacrimaq; fuere,
 Quàm si florentis mors inuida pelleret annos.
 Hæc tenuit tales communis causa querelas.
 Heu Melibæe iaces letali frigore segnis
 Lege hominum, cælo dignus, canente senecta,
 Concilioq; deùm: plenum tibi ponderis æqui
 Pectus erat; tu ruricolùm discernere litæis
 Assueras, varias patiens mulcendo querelas.
 Sub te ruris amor, sub te reuerentia iusti
 Floruit: ambiguos signauit terminus agros.
 Blanda tibi vultus grauitas, & mite serena
 Fronte supercilium, sed pectus mitius ore.
 Tu calamos aptare labris, coniungere cera.

Oratus,

Oratus, duras docuisti fallere curas,
 Nec segnem passus nobis marcere iuuentam,
 Sæpe dabas merita non vilia premia musæ.
 Sæpe etiam senior, ne nos cantare pigeret,
 Lætus Phœbæa dixisti carmen auena.
 Fœlix ò Melibæe vale, tibi frondis odore
 Munera dat lauros carpens ruralis Apollo.
 Dant Fauni quod quisque valet, de vitæ racemos,
 De campo culmos, omniq; ex arbore fruges.
 Dat grandæua Pales spumantia cymbia lacte;
 Mella ferunt nymphæ; pictas dat Flora coronas.
 Manibus hic supremus homos; dant carmina Musæ:
 Carmina dant Musæ; nos te modulamur auena.
 Syluestris nunc te platanus Melibæe susurrat;
 Te pinus reboat; te quicquid carminis Echo
 Respondent syluæ; te nostra armenta sequuntur.
 Nanq; prius siccis phœæ nascentur in aruis:
 Vestitusq; fræto viuet leo: dulcia mella
 Sudabunt taxi: confusis legibus anni,
 Messæ tristis Hyems, Aestas tractabit oliuas;
 Ante dabit flores Autumnus: Ver dabit vuas:
 Quàm taceat Melibæe tuas mea fistula laudes.

TIT. Perge puer: captum tibi iam ne desere carmen.
 Nam sic dulce sonas, ut te placatus Apollo
 Prouehat, & fœlix dominam perducatur ad urbem.
 Nanq; hic in syluis presens tibi fama benignum
 Strauit iter, ruræpens liuoris nubila plena,
 Sed iam sol demittit equos de culmine mundi,
 Flumineos suadens gregibus præbere liquores.



4
ROBERTI TITII
COMMENTARIUS
IN PRIMAM ECLOGAM
NEMESIANI.



VICIT tandem eruditissimorum virorum
sententia existimantium has quatuor proximi-
mè sequentes Eclogas M. Aurelium Nemesi-
anum auctorem agnoscere, non C. Calphur-
nium, veluti quidam falsò crediderunt, itaque
tamquam de re transacta, silentium agam,
nec de ea cum quoquam amplius concertabo.

Codices Florentiæ impressi apud Philippum Iunctam,
anno partæ salutis. 1504. huius Eclogæ titulum præferunt
Epiphonus ab argumento nimirum poemati, in quo Melibœi
defuncti laudes à Timeta commemorantur, quæ tamen inscrip-
tio abest à nonnullis exemplaribus, quæ inspexi: Theocriti
quoque Idyllia duplici titulo interdum inscribuntur, ut
Ἐπιτάφιος Βίανος, καὶ Ἀδωνίδος, atque hanc epigraphim appinxit
etiam Themistius secundæ Orationi, in qua patris sui demor-
tui laudes recenset, ipsiq; encomium facit; similis inscriptio
citatur Varronis libri, quæ tamen alicubi mendosè legebatur
Epifationibus, cum scribi debeat *Ἐπιτάφιος*: Platonis quo-
que Dialogi vel omnes, vel certè plurimi duplicem titulum
præferunt; sic & sermones Dionis Prusiensis: sed & ali-
quot Virgilij Eclogas hac ratione inscriptas esse licet obser-
uare. Cæterum exorditur Timetas à temporis opportunitate,
cui & illud insuper accedit, quòd inceptum opus non pro-
pterea interrumpi affirmat, ait enim, Interim, dum tu canis,
incohatam fuscillam pertexere poteris; sic apud Maronem;
*Hæc sat erit, Diuæ, vestrum cecimisse poetam, Dum sedet,
& gracili fuscillam textit bibisco.* est autem fuscilla vas, vbi ru-
stici caseos exprimunt, ita enim exponitur hæc vox ab Ono-
mastico

Roberti Titij Comment. 5

mastico Latino; Græci vocant *κρεμάθρα, παρῆρον, καὶ παρῶν*.
Julius Pollux inquit, *ἔπειρον ἢ ῥίπισ, ἀλλὰ καὶ σουριδῶνας,
καὶ φορμίδας, καὶ φορμίσσια, καὶ φορμίσκας, καὶ παλάρας, καὶ καλαθίσκας,
καὶ παροούς: ἐστὶ δὲ καλαθίμινον πλέγμα, ἐφ' οὗ ἄθ' ἵχθους ἐξεραινον τυρούς,
rursus capite, quod hoc statim consequitur. παλάρος, τυροκι-
μῆα. οὗτοι δ' αὖ καλοῖσι τὸν παλάρον, ὃ ὁ χλωρὸς τυρὸς ἐμπήγνυται.*
Calphurnius. *Sed mihi nec gracili sine te fuscilla salicte Texti-
tur, & nulla tremuere coagula lacte.* Tibullus quoque ait.
*Dum fuscilla leui detexta est vimine iunci, Raraq; per nexus est
via facta sero.* Diuus Hieronymus ad Rusticanum Mona-
chum. *Cur tu in vsus tuos successura non præparas? vel fuscil-
lam texe iunco; vel canistrum lentis plectte viminibus.* hanc alibi
hic noster appellat *calathum*; Ipse ego nec molli iunco, nec vi-
mine lento *Perfeci calathos cogendi lactis in vsus.* tale quip-
piam significauit Maro, cum dixit. *Quin tu aliquid saltem po-
tius, quorum indiget vsus Viminibus, mollique paras detexere
iunco?*

Raucis resonant. t. r. c.] Summum diei calorem notat, quo
nimirum cicadæ maximè obstrepere consueuerunt, ob frigi-
dam. n. corporis constitutionē ipsas non canere scribit Theo-
phrastus, quoad sol iam procedente die incaluerit: sic Virgi-
lius Bucolicis. *At mecum raucis, tua dum vestigia lustro So-
le sub ardenti resonant tua rura cicadis.* rursus in Georgicis.
*Inde, ubi quarta sitim cæli collegerit hora, Et cantu querulæ
rumpunt arbuta cicadæ.* iterum in poematio vocato *Copa*.
Nunc cantu crebro rumpunt arbuta cicadæ. Lucanus in Pa-
negyrico. *Sic & Aëdonia superantur uoce cicadæ, Stridu-
la cum rapido faciunt conuicia soli.* sic etiam Theocritus Idyl-
lio. *Οἱ δὲ ποτὶ σκιραῖς ὄροδ' ἀμνίσιν ἀδακλιώνους Τέττιγες λαλα-
γεῶντιε ἔχον πόνον.* rursus Idyllio β. *ἠὶ ἴκα τίττιξ Ποιρῆος οἰδῆος
πεφυλαγμῆος, ὃ δ' οὐ δειδῶν Ἀχῆϊ ὃ ἀκρεμνίσιν.* Hesiodus
quoque hac periphrafi utitur *ὃ ἱχθὺς, & ὃ ἀπιδῶ,* cum me-
ridiem significare vellet.

Incipe, si quid habes] Haud aliter Maro. *Incipe, si quid ha-
bes, & mesecere poetam Pierides.*

Gracili sub arundine] Eodem pacto Virgilius. *Ille ego, qui
quondam gracili modulatus auena Carmen:* & reliqua. sic etiam
Petronius Arbiter. *Et uiridi iunco gracilis pendebat arundo:*
alicubi Virgilius tenuem appellauit. *Syluestrem tenui Musam
meditaris auena:* & *Leues calamos Ecl. 5. Tu calamos inflare
leues,*

leues, ego dicere uersus. Tibullus *arentem* vocat libro secundo. *Et satur arenti primum est modulatus auena Carmen.* significat autem Nemesianus τῆς βουκολικῆς, & pastoritios uersus.

Nam te calamos] Occupatio ad excusationem imperitiæ: Pan autem fistula canere primus instituit, ut ipsum artis eius peritissimum fuisse liceat existimare. Virgil. Ecl. 2.

Pan primus calamos cera coniungere plures Instituit. rursus 8. *Panaque, qui primus calamos non passus inertes.* hic noster paulò inferius. *Namque fuit dignus senior, quem carmine Phæbus, Pan calamis, fidibusque Linus, modulatis Orpheus concineret.*

Versusq; bonus] Doctus, peritus; sic Græci usurpant voces ἀρχαίος, ἰσόδοξος. Sophocles dixit Ὀδυσσεὺς τὰν ἄριστος ἰσοδοξὸν ἔφατο. Virgil. *boni quoniam consedimus ambo, Tu calamos inflare leues, ego dicere uersus.* Valerius Flaccus. *Tu medios gladio bonus ire per hostes Euryte.* probè autem dictus est Apollo canendi peritus, namque ipse artis Musicæ inuentor creditus est, unde Tibullus *carminis auctorem* ipsum appellat. *Nec profunt elegi, nec carminis auctor Apollo.*

Dum salices hædi] Virgil. *non me pascente capella Florentem cytharissum, & salices carpetis amaras.* Calphurn. *Me teneras salices iuuat, aut oleastra putare, Et gregibus portare.*

Detondent] Decerpunt, pascentur. Virgil. Aen. *equos ingramine uidi Tondentes campum latè candore niuali: & in Culice. Tondentur tencro viridantia gramina morsu.* non multò post locutionem hanc ita variabit: *decerpunt gramina tauri.*

Et ros, & primi] Vocat primum solem, cum primum exoriri incipit, sicut primam ætatem Virgilius. *nix prima inceperat ætas.* Horatius *primam noctem* appellat, cum primum obtenebrascere incipit. *Prima nocte domum claude:* Martialis quoq; pari ratione *prima flumina* vocauit, unde ea primum fluere incipiunt, quod *caput* aliàs appellamus; ita *supremum solem* ex aduerso dixit Horatius. *Supremo te sole domi Torquate manebo. & supremam diem. Suprema citius soluet amor die.* Porro greges benè mane pastum mittere oportere docet etiam Calphurnius Ecl. 5. *tunc campos ouibus, dum meta capellis Orto sole dabis, simul hunc accedere montem Ceperit, & prima spatium tepese cerit hora:* cuius quidem præceptionis non longè inferius rationem subiicit hanc: *humida*

humida dulces Efficit aura cibos, quoties fugentibus Euris Frigida nocturno tanguntur pascua rore. Sed & Virgilius quoque huius rei pastores admonuerat, cum dixit Georgicorum tertio. *At verò Zephyris cum lata uocantibus ætas, In saltus utrumque gregem, atque in pascua mittes, Luciferi primo cum sydere frigida rura Carpatum, dum mane nouum dum gramina canent, Et ros in tenera pecori gratissimus herba.* quem locum respexit Palladius in Nouembri, cum de eadem re loqueretur.

Hos annos] Excusationem affert Tityrus ab ætate ingræte scète, cum nullus alius se excusandi locus sibi relictus esset; opponit autem τὸ πρῆπον; neque enim senes cantus, & iusus decent, unde Chlorim anum insectatur Horatius dicens.

Te lanae propè nobilem Tonsæ Luceriam, non cytharæ decent, Nec flos purpureus rosæ, Nec poti uetulam sece tenus cadi. uocat autem *senectutem canam* ab effectu.

Mihi care] Blanditio senum propria, interdum & aliorum. Virgil. *Testor cara Deum, & te germana, tuumque Dulce caput.* Horatius. *quid agis dulcissime rerum.* Musæus in poematiò de Herone, & Leandro. Ἀλλὰ φίληφι φύλαξο βαρύνει νεώτατ ἀήτατ, Μα μιν ἀπειθίσσωσι. sic etià Homerus. Τυδείδην Διόμειδον, ἰμὲν μίχρητι μὲν δομῶ. Franciscus Petrarca. *Così quèsta mia cara à morte venne.* idest φίλῶ.

Tu iuuenis] Excusat se Tityrus, eademque opera conatur in Timetam canendi onus transferre; suadet autem ab ætate, & quòd canendi peritus sit, ne, quòd confugeret, haberet Timetas. Homerus. Ἀρχε: σὺ δὲ γυνήφι νεώτερος: quem locum & laudat, & interpretatur Synesius Epistola quapiam ad Herculanum dicens. τὸ δὲ ἐκ τῆς ποιήσεως, ἀρχε, σὺ δὲ γυνήφι νεώτερος, πολέμῳ μὲν καὶ σώσεισ ἀρχιδται διὰ τοὺς νέον, φιλοφροσύνῃ δὲ τὸν πρεσβύτερον. *carus* autem *Deis*, hoc est Musis, Apollini, & Baccho Dijs Poëtarum. Horat. *Musis amicus tristitiam, & metum Tradam proteruis in mare Creticum Portare uentis.* Virg. *& me Phæbus amat.*

Viximus] Nota figura. Virg. *Vixi, & quem dederat cursum fortuna, peregi.* tale est illud eiusdem poetæ. *fuius Troes, fuit Ilium, & ingens Gloria Teucrorum.* necnon illud alterum Tibulli. *Siue erimus, seu nos fata fuisse uelint.* neque enim libenter dixissent veteres *Interierunt, aut mortui sunt,* ut notat Seruius. sic etiam Torquatus Tassius maiori suo poemate.

Visi, e regnai: non vino pidi, ne regno; Ben si può dir; Noi sumo; à tutti è giunto L'ultimo di, l'ineuitabil punto. hinc *σοφιστικῶς* concludere est solitus Stilpon. *τὸ λάχρον ἐκ ἐστὶ τὸ δεινὸν κέρδιον, λάχρον ὅτι καὶ πρὸ μέρων ἐστὶν, ἐκ ἀρεῆς ἐστὶ τὸ τοῦ λάχρον.* refert Hefychius Milesius, qui & Illustrius nuncupatur. Excurrit autem Tityrus senum more in proprias laudes Entelli Maroniani exemplo; Quòd in quibusdam libris scribitur diximus, non recipio.

Dum secura] Aetas sine cura grauiorum rerum, qualis iuuenum esse consuevit, vt rectè ostendit Aristoteles *Ῥητορ. β.* & Horatius in Epistola ad Pisones.

Ludebat amores] Quæ leuia carminibus produunt poëta, ea lusus Latini, *παῖγνα* Græci appellare consueuerunt, & ipsi ludere dicuntur. Virgilius. *Ludere qua vellem calamo permisit agresti.* sic etiam alibi. *Prima Siracusio dignata est ludere versu Nostra nec erubuit syluas habitare Thalia.* Calphurn. *Leuibus quem sæpe cicutis Ludere conantem vetuisti voce paterna.*

Veneres tepuere sub annis] Lepores abscessere paulatim naturali calore decedente, senes enim (vt inquit Aristoteles) *κραττευγυμῆτοι εἰσι, αἰδῆ νῆσι θερμοί.* Virgil. *Frigidus in Venerem senior.* loquitur autem de equis: de seipso Horatius, *desine dulcium Mater seua Cupidini Circa lustra decem flectere molibus Iam durum imperijs: generatim verò sic. fugit retrò Leuis iuuentas, & decor arida Pellente lasciuos amores Canitie, facilemque somnum.* Euripides. *Ἄλλ' ἢ τὸ γῆρας τῶν κούριον χάρειν ἐστὶ, ἢ τ' ἀφροδίτης κέρειον ἀχθεται.*

Iam mea ruricola] Cùm artem aliquam desinere volebant veteres, & ab exercitio aliquo in posterum se abstinere, eius exercitij instrumenta cuiuspiam Deo, qui arti illi præesser, affigere consueuerunt; sic Herculi arma gladiatores, & milites, Veneri speculum meretriculæ, pupas virginis grandiores, Laribus bullas pueri, qui ex ephæbis excessissent, suspendebant. Horat. *Nunc arma, defunctumque bello Barbton hic paries habebit.* Virgilius. *Hic arguta sacra pendebit fistula pinu.* Tibullus. *Pendebatque rabi pastoris in arbore rotum Garrula siluestri fistula sacra Deo.* Sic Timon diues repente factus apud Lucianum Paniligonem, & fagum suspendit.

Te nunc rura sonant] Vel de te passim omnes loquuntur, vel

vel nulli, nisi tui cantus in his syluis audiuntur, vnde statim subijcit. *nuper nam carmina victor: & cætera: sic infra Ecl. 4. me sonat omnis Sylua.*

Et dissona flamina Mopsi] Infra Eclo. 3. *Sed pro carminibus male dissona sibila reddit.* neque aliter Menalcas apud Virgilium Musam Damonis irridet. *Cantando tu illum? aut vquam tibi fistula cera iuncta fuit? non tu in truius indocte solebas Stridenti miserum stipula disperdere carmen?* qui locus expressus videtur è Theocriti Idyllio.

Mecum senior Melibæus] Ad faspicionem à se remouendam testem aduocat, cui tribuit grauitatem, & iudicij sinceritatem, dum eum senem appellat; rectè verò Melibæi mentionem infert, vt tamquam materiam, & argumentum proponat Timetæ, quod is deinde versibus prosequatur.

Laudesque tuas s. f.] Virgil. *Cantantes sublime ferent ad sydera cygni.*

Secreti pars orbis h.] Vel distiti, & à nostro orbe longè remoti, velut de Britannia dixit Virgilius. *Et penitus toto diuisos orbe Britanos.* vel nobis incogniti, & viuus impenetrabilis. Virgil. *regna inuia viuus.* vel secreti ob silentium, quod ibi seruatur, verius enim manes obmurmurare, quàm loqui dicuntur. Virg. *Dij, quibus imperium est animarum, vmbraeque silentes.*

Mundusque piorum] Campi nimirum Elysijs, quòd pij dumtaxat, & qui vitam puriter egerunt, post mortem commigrant. Horat. *Tu pias letis animas reponis Sedibus.* Manilius quoque hac notione vsus est voce *mundus* libro primo. *Secumque habitantia celum Aethereos viuunt annos, mundoque fruuntur?* de campis Elysijs plena sunt omnium ferme poëtarum, & veterum scriptorum monumenta. consule inter cæteros Tibullum Elegia ad Messalam; *Ibitis Aegæas.* & Virgilium Aen. 6.

Dicat honoratos] Honor de inferijs potissimum effertur; hinc *manes honoratos* appellamus, quos solemnibus ceremonijs prosequuti sumus. Lucilius. *Nulla honore displesus, nullo funere.* Horat. *Sepulchri mitte superuacuos honores.* Virgilius. *Ergo agite, & cuncti letum celebremus honorem.* & paulò antè. *Namque dies, ni fallor, adest, quem semper acerbum, Semper honoratum, sic Dij voluistis, habebō.* cæterum animaduertendum est summo consilio poëtam hoc lo-

eo *tibia* meminisse, utpote quæ in funeribus adhiberi consuevit tamquam luctui accomodata. Virgil. *Insipe Manalios mecum mea tibia versus.* Propert. *Tibia Mygdonijs luget eburna sonis.* Ouid. *Trist. lib. 3. Interea nostri quid agant, nisi triste libelli; Tibia funeribus conuenit ista meis.* & Fast. 3. *Cantabat mœstis tibia funeribus.* hæ tubæ cæteris erant longiores, ac latiores, quod grauior sonus emitteretur: qui eas instabant *siticines* dicebantur, auctore Gellio.

Et parere decet iustis] *Decet*, quia grandior natu adolescenti iubet; *grata iubentur*, quia Melibœi memoria mihi quoque iucunda accidit. Virg. *Tum maior, tibi me est æquum parere Menalca.* Nestor apud Homerum. Ἀδὰ πῆδεσσι. ἀμφὸ δὲ νεώτερόν ἐσθ' ἱμῖν.

Fidibusque Linus] Præstantissimus quisque, canendiq; peritissimus. Virg. *Non me carminibus vincet, nec Thracius Orpheus, Nec Linus, huic mater quamuis, atq; huic pater esset Orphei Calliopea, Lino formosus Apollo.* Pan etiam *Arcadia mecum si iudice certet, Pan etiam Arcadia dicat se iudice victum.* Propert. *Tunc ego sim Inachio notior arte Lino.*

Musam deposcis auena] *Cantum, vel sonum nostræ fistulæ.* Virg. *Syluestrem tenui musam meditaris auena.* idem, *Agrestem tenui meditabor arundine Musam.* rursus. *Damonis Musam dicemus, & Alphesibæi.* Lucret. *Fistula syluestrem non cessat fundere Musam.*

Quam cernis ad amnem] Rectè *ad amnem*, cum cerasus ex numero illarum arborum sit, quæ locis aquosis gaudent, auctore Plinio.

Seruans mea carmina libro] Mos fuit pastoribus in arborum corticibus carmina describere, id autem præcipuè amantes facere consueuerunt. Virgil. *tenerisque meos incidere amores Arboribus, crescent illæ, crescetis amores.* Propert. *Ab quoties teneras resonant mea verba sub umbras, Scribitur & vestris Cynthia corticibus.* Ouid. *Incisa seruant à te mea nomina fagi, Et legor Oenone falce notata tua.* sic etiam *Idas* apud Calpurnium. *Dic age, nam cerasi tua falce verba notabo, Et decisa seram rutilanti carmina libro.* Theocritus. Γράμματ' ἀφ' ἑλίου μὲν ἔτι καὶ ὡς παριόντις Ἀγροῖν δ' ὄρισι. σίβει μ' Ἑλίνας φύτον εἶμι. Hic autem mihi nequeo temperare, quominus diuini poetæ Torquati Tassij versus aliquot adscribam, qui in admirabili illo suo Maiori poemate leguntur, id quod eò etiam libentius facio,

facio, quia eo ipso auctore in primis te, adolescens optime, delectari audio: atque ego quidem plurimum te hortor, ut quotiescunque nostratibus poetis manum tibi admouere libet, ad nullum omninò alium te conuertas, præter hunc unum, de quo loquor; huius verò mei de eo iudicij causas omnibus in promptu esse arbitror, atq; ego aliàs fortasse pluribus verbis easdem prosequar, nunc ad institutum reuertor: inquit igitur ille de Erminia loquens. *Souente allhor, che sù gli estiu ardori Giacean le pecorelle a l'ombra assise, Ne le scorze de' fagi, e de gli allori Segnò l'amato nome in mille guise, E de' suoi strani, & infelici amori Gli aspri successi in mille piante incise, E in rileggendo poi le proprie note, Rigò di belle lacrime le gote.* factus est autem hic Nemesiani locus ad imitationem illius Maronis. Imò hæc in viridi nuper quæ cortice fagi *Carmina descripsi, & modulans alterna notauit Experiar.*

Garrula pinus] Vel canora propter auium concentum, vel stridula, propter susurrum foliorum agitatorum. Catullus. *nam Cynthio in iugo Loquente sæpe sibilum edidit coma.* Virg. *Fortè sub arguta confederat ilice Daphnis.* rursus alibi. *Mentalus, argutumque nemus, pinusque loquentes Semper habet.* Septimius Seuerus in *Ruralibus.* *Pinea brachia cum trepidant, Audio canticulum Zephyri.* Cornelius Seuerus. *Pinea frondosi coma murmurat Apennini.* Ausonius. *Est & arundineis modulatio musica riuis, Atque arguta sus loquitur coma pinea ventis, Incubuit folijs quoties lenis Eurus acutis.* vis & eundem Tassium, de quo supra locutus sum, in hanc rem testem adducam? faciam non inuitus, nam dignus profectò est, si quis alius, cuius auctoritas in quibusuis grauissimis rebus, nedum in his lusibus, aduocetur; ait igitur. *Mormora l'aura, e fà le foglie, e l'onde Garrir, che variamente ella percuote: & reliqua: sic etiam Anibal Carus poeta venustissimus Ecloga quapiam. Odi la fonte, e quel fronzuto pino, Mentre mormora l'vno, e l'altro fischia, Come insieme si san quilio, e bordone.* consule hac de re Annæum Senecam *Natur. quæst. lib. 2. cap. 28.* ubi de tonitru disputat.

Fagosve petamus] Libenter sub fagi umbra considerare solent pastores. Virgil. *Tityre tu patula recubans sub tegmine fagi Syluestrem tenui Musam meditaris auena.* rursus alibi. *Tantum inter densas umbrosa cacumina fagos Assidue veniebat:*

qua de re consulendus est Iulius Camillus Delminius: sed nec cæteras quoque arbores ijdem contemnunt. Calphurnius. Ad gelidos fontes, & easdem fortè sub vltimos Conueniunt. Virgil. Fortè sub arguta confederat ilice Daphnis. Theocritus. τὸ δ' ὑπὸ δρυσίν, ἢ ὑπὸ πύρκαις Ἀδὺ μελισσοθήσοι κατὰ κέκλιτο, βεῖε Κομῆται. atque alibi sæpè. generatim hic noster Ecloga. 3. Nyctilos, atq; Mycon, nec non & pulcher Amyntas Torrentem patula vitabant arbore solem: est autem hic locus tantum non sumptus de Theocrito, ibi. ἄδων ἀσὴ τῆ δ' ὑπὸ πέν κότενον. & reliqua; adi caput prim. libri 10. nostrorù Locor. controuerf.

Virides nam suggerit herbas] Vbi videlicet molliter quiescamus. Virg. Dicite, quãdoquidem in molli confedimus herba. Theocritus loco superius indicato, hoc est Idyllio 5. cui titulus Οδοιπόροι.

Decerpunt gramina tauri] Sic malo, quàm quomodo præferebat vnus manu exaratus codex. desleatant flamina Cauri. quamquam dictum esset vt illud Tibulli. Et freta discordes tenuerunt flamina venti. itemq; vt illud Calphurnij. Desistunt tremulis incurrere frondibus Euri. Sed illud alterum concinit cù hoc Virgilij. Incipe, pascentes seruabit Tityrus hædos: vide Theocritum initio Idyllij. 6.

Omniparens ether] Tangit latenter quorùdam philosophorum opiniones de principijs rerum; ætherem autem omniparentem iccirco fortasse vocat, quia ad rerum generationem semen quoddam cælo delapsum stellarum elemento proportionem respondens coire existimauerit Nemesianus, qua de re plura sunt à nobis adnotata in Commentarijs ad Senecam de Beneficijs: enumerat porrò quatuor elementa per ætherem ignem intelligens.

Et rerum causa liquores] De Thaletis opinione pronuntiatum, is enim aquam omnium rerum principium statuebat; videtur autem hæc opinio, sicut & aliæ multæ, ab ingeniorum fonte Homero primum fluxisse, cuius illud est. Ὠκεανὸς τ' ὄρωρ γένεσις πάντων τεύχεαι. rursus. Ὠκεανὸν τῆς θεῶν γένεσιν καὶ μητέρα τῆς ζωῆς. vnde Virgilius cecinit. simul ipsa precatur, Oceanumque patrem rerum, Nymphasque sorores. Hesiodus tamen Theogonia mare infrugiferum appellat: consule Plutarchum in Commentario De Homero.

Corporis & genetrix tellus] Zenonis opinionem subindicat, Vitalis & aer.] Ob respirationem, quæ ad vitam omninò est ne-

est necessaria, quocirca dictum est à Marone aliquem ueseri aura ætherea pro viuere: Foca Grammaticus de vita Virgilij. Consule Pompeio vitalibus editus auris. cæterum de Anaximennis opinione pronuntiatum hoc videri potest, qui ex aère cuncta oriri, & in eundem rursus interire affirmabat. εἶον ἡ φύξῃ (inquit ille) ἢ ἡμετέρας, ἀὴρ ἔσσα, συγκρατῖήμας, καὶ ἄλου πῦρ κόσμον πνύμα καὶ ἀὴρ πνέει. λέγεται δὲ συνάντως, ἀὴρ καὶ πνύμα. refert Stobæus Eclo. physic. lib. 1. vide Laertium.

Accipite hos calamos] Loquitur cum re inanima phantasia quadam; sic Valerius Cato in Diris. Vnde, quæ vestris pulsatis litora lymphis, Litora, quæ dulces auras diffunditis agris, Accipite has voces.

Si sentire datur] Affirmat hoc loco dictio, quæ alioquin conditionem facit, quomodo apud Calphurniù. Nunc age, si quicquam miseris succurris, Iola. Seneca Troade. Pauca materna tamen Perfer querelæ verba, si manes habent Curas priores, nec perit flammis amor. idem Octauia. Nate exaudi, si quis remanet Sensus in vmbriis. porrò animas hominum corpori superesse verior sententia est, quicquid Epicurus, eiusq; affectu deblateret. Aristoteles quoq; ex aliorum tamen (vt putato) sententia ἡδουκ. α. disertè scriptum reliquit posteriorum secundas, aduersasq; res ad maiores defunctos non nihil pertinere: adi (si libet) Marcum Antonium Maioragium Epistolic. quaest. lib. 1. Epist. 13. ad Gasparem Barchinium: de animæ verò immortalitate longa extat disceptatio apud Platonem in Phædone; longa item apud Lucretium in contrariam sententiam, & omninò videndus est Aonius Palearius in illo suo erudito poemate, vbi hoc argumentum copiosè, atq; eleganter profequitur; sed poëtæ suæ causæ inseruire maluit, quàm quod sentiunt, verè, & ex animo pronuntiare, vnde à Virgilio dictum est Aen. 4. Id cinerem, aut manes credis curare sepultos? πρέπον autem in primis custodire solent. Isocrates initio Euagoræ. ἡγιστάμην (pendet sententia ex præcedentibus) Ἐναγόρα, εἰ τις ἐστὶν ἀδυσίς τοῖς πλουτικῶσι, πρὸ τῶν ἐνθάδε γινόμενων.

Cælestia templa] Africanus apud M. Tullium de Somnio Scipionis inquit; Omnibus, qui patriam conseruauerint, adiuerint, auxerint, certum esse in cælo, ac definitum locum, vbi beati suo semperiterno fruuntur: ad quem locum videndus est Macrobius capite præsertim octauo: sic etiam Horatius. Hac arte Pollux, & vagus.

Et vagus Hercules Inmixtus arces attingit igneas. dixit autem *caelestia templa* poëticè pro cælo ipso; sic Ennius. *Contremuit templum magnum Iouis altitonantis.* Lucretius. *altaque cæli Densebant procul à terris fulgentia templa.* rursus ibidem. *Et ignes Passim per cæli voluunt se inania templa.* & lib. 6. *Fumida cum cæli scintillare omnia templa Cernentes.*

Melibæe probasti] Verè igitur dixerat Tityrus. *mecum senior Melibæus utrumque Audierat, laudesque tuas sublimè ferebat.*

Longa tibi] Non minimâ fœlicitatis partem designat quòd diù vixerit, & quòd vitam puriter egerit, quæ duæ conditiones præter cæteras ad beatitatem requiruntur.

Novissimus ævi Circulus] Aut annum octuagesimum primū intelligit, aut potius centesimum, aut quamdiù homo vivere naturaliter solet; consule Plinium alicubi libro 11. De annis climatericis longum esset omnia recensere: pete rem totam ex Galeno, & Fracastorio: alludit autem poeta ad etymologiam anni: sic Virgilius. *redit agricolis labor actus in orbem, Atq; in se sua per vestigia voluitur annus.*

Nec minus hinc nobis] Etsi affecta ætate mortuus es, nihilominus tñ huiusmodi tui desiderium, o Melibæe, nobis reliquisti, ut perinde tuus obitus nos affecerit, ac si iuuenis, & adhuc sub ipso flore iuuentæ nobis ereptus fuisses; ostendit ergo hic mirificum erga Melibæum amorem, nam senes alioquin odio iuuenibus esse consueverunt: Cæcilius. *Tum etiam in senectâ hoc deputo miserrimum Sentire ea ætate esse odiosum se alteri.*

Communis causa] Aequa omnibus proposita conditio moriendi. Horat. *Pallida mors æquo pulsat pede pauperum tabernas, Regumque turres.* rursus alibi. *æquatellus Pauperi recluditur, Regumque pueris.* item. *æqua lege necessitas Sortitur insignes, & imos.* Propert. *Sed tamen hinc omnes, hinc primus, & ultimus ordo; Est mala, sed cunctis ista terreda via est.* Pithagoras in Eclogis Stobæi. *Ἄρα, γὰρ διὰ μὲν ἂν ἕκαστον πέπρωται ἀπείριον.* est autem hic communis consolandi locus alicuius obitum impatienter ferentes, de quo plura extant apud Plutarchum de Consolatione ad Apollonium, & ad uxorem suam; neque non item apud Senecam de Consolatione fratris ad Polybum, ad Albinam, & ad Martiam: Ser. Sulpitius Epist. ad Ciceronem inter eas, quæ inscribuntur Familiares, lib. 4. *quæ (Tullia) si hoc tempore non suum diem obiisset, paucis post annis tamen ei moriendum fuit, quoniam homo nata fuerat.*

vel

vel *communis causa* dicitur, propterea quòd iactura publica fuit in Melibæo.

Læta frigore segnus] Poëtica mortis descriptio ab effectu; hinc *mors frigida.* Virg. *Et cum frigida mors anima secluserit artus.* Horatius *gelidam* appellauit, quod tantundem pollet. *gelidamque Diuos Morte carentes.* sic etiam dixit Lucretius. *Et discedit in auras, Et gelidos artus in læta frigore liquit.* idem. *namque iaceret Aeterno corpus perfusum frigore læti.* Virgil. *Voluitur ille vomens calidum de pectore flumen Frigidus.* idem in Diris. *Et calor infuso decedit frigore mortis.* rectè autem subiicit hic noster *segnis*, est enim sine igne, *quandoquidem* (ut scribit Varro de Lingua Latina) *ignis à nascendo derivatur, quòd hic nascitur, & omne quòd nascitur, igne fit, ideo calet, ut quòd denascitur, ignem eum amittit, ac frigescit.*

Lege hominum,] Ob necessitatem moriendi cunctis propositam, ut ostendimus supra.

Canente senectâ] Non dignus canente senectâ, nam paulò antè dixerat; *Longa tibi, cunctisque diù spectata senectus.* sed, *tu segnus læta frigore,* quique præ senectute totus canes, *iaces dignus cælo, concilioque Deorum,* cui nimirum intersunt, quicumque vitam puriter egerunt. Horatius. *Serus in cælum redeas: & cætera. canam senectutem* vocat etiam Tibullus, ibi. *Cum uetus infecit cana senectâ caput.*

Ponderis æqui] Id est curarum, quæ iustitiâ, & æquitatem respiciunt; sic etiam vsurpasse videtur Horatius hanc vocem *pondus* Epistola ad Numicium. *Cogat trans pondera dextram Porrigere.* id est à grauitate, & decoro discedere.

Tururicolum discernere lites] Ad te pastorum querelæ deferebantur omnes, ipsas tu ex bono, & æquo dirimebas. Virg. *Non nostrum est vestras componere lites.*

Ruris amor] Agricoliarum mutuus amor, & beneuolentia; vel desiderium, ac studium agriculturæ.

Mite serena] Cõfert autem hoc plurimum ad aliorum gratiam, beneuolentiamque sibi comparandam, quo bono cum se destitutum esse intelligeret Cyclops ille apud Theocritum, meritò conqueritur dicens. *Γινώσκω χάριτά κ' ἔρα τινος ὄνεια φθλγης. Οὐνεκα μοι λασία μὲν ἄρρε ἐπὶ παντι μετώπῳ. Ἐξ ὧτος ἴπεται ποτὶ θ' ὄτ' ὄρον ὡς μὴ μακρὰ.* hinc *Frontem exporrigere,* & *explicare* dicimus, cum animi tranquillitatem significare volumus, quòd Horatius poëticè admodum variauit nō vno in loco.

Conium.

Coniungere cera] Et sic fistulam concinnare, ipsaq; deinde canere docuisti. Virgil. *Pan primus calamos cera coniungere plures Instituit.* Tibull. *Fistula, cui semper decrescit arundinis ordo; Nam calamus cera iungitur usq; minor.*

Fallere curas] Horatius barbiton suam ita alloquitur. *O decus Phœbi, & dapibus supremi Grata testudo Iouis, ô laborum Dulce lenimen, mihi cumque salve Ritè vocanti.* Virgil. *Solamenq; mali de collo fistula pendet:* quem tamen verum nonnulli subditium esse putant. Statius. *Elicit extremo chelyn, & solantia curas Fila mouet.* videndus est Alexander in Problematis.

Nec segnem passus] Haud aliter fermè Virgilius. *Nec torpere graui passus sua regna veterno.*

Sapè etiam senior] Nonnūquam tuo exemplo nos ad canendum excitasti.

Lætus Phœbæ] Apolline digna illud dixisti alicubi scriptum erat dixisti; sed dixisti valet cecinisti, vt apud Maronem.

O Melibæe vale] Ex veterum consuetudine dictum, sicut apud Maronem in Georg. *en iterum crudelia retrò Fata vocant, conditque natantia lumina somnus. Iamque vale.* rursus Aeneide. *salue æternū mihi maxime Pallas, Aeternūq; vale.*

Munera dat lauros] Non aliter Chalphurnius. *& modò te Bachis Musa conymbis Munerat, & lauro modò pulcher obumbrat Apollo.* Virgil. *Phœbo sua semper apud me Munera sunt lauri, & suaue rubens hyacinthus.*

Ruralis Apollo] Expressit Græcum epithetum ἀγριος: Ecloga insequenti *Pastoralis* appellatur.

Omniq; ex arbore fruges] Iurifconsulti, qui verborum proprietati maximè student, negant *fruges* dici de arboribus, neq; enim poma *fruges* appellari voluit Iulianus, at in foro, non in Parnasso ipsius leges valent. Columella. *aut aliena Stirpe graua Mitis adoptatis curuetur frugibus arbos.*

Grandæua Pales] Dignitatis epithetum, siquidem non tam ad ætatem, quàm ad illius Deæ venerationem, maiestatemq; refertur. sic Virgilius. *hunc & Nymphæ venerantur, & ipse Grandæus Nereus.* iam quod statim sequitur. *spumantia cymbia lacte;* eundem Virgilium auctorem agnoscit, cum ait. *Inferimus tepido spumantia cymbia lacte.* sed & Aen. 5. ita legas. *Pocula bina nouo spumantia lacte quot annis, Craterasq; duos statuans*

tuam tibi pinguis oliui; Et multò in primis hilarans conuiuia Baccho. vide Macrobiū Saturn. lib. 5. cap. 21. *Palæ autem lac offerebant veteres;* ergo & ipsa lac feret, quo scilicet plurimum delectatur. Tibullus. *Et placidam niueo spargere lacte Palem.* Ouidius. *& tepido lacte precare Palem.* sic Nymphæ mel offerunt, tamquam ipsarum inuentum, & Flora flores, quorū Dea fingitur ab antiquis teste Lactantio Firmiano.

Manibus hic supremus honos] Sic Aeneas patris tumulum purpureis floribus conspergit Aen. 5. ad quam consuetudinem alludit etiam idem Virgilius lib. 6. in funere Marcelli; sed & in Copa ita inquit. *Quid cineri ingrato seruas malè olentia ferta, An ne coronato vis lapide ista tegi?* Tibullus quoque ait. *Annua constructo ferta dabit tumulo;* intelligunt enim ferta omnis florum generis. Varro lib. 6. de Lingua Latina. *Insulas dictas apparet, quod velamenta hostijs è lana, quæ adduntur, dicuntur insula, intra hostiarum cornua velamenta erant; itaque nunc, cum ad sepulchrum ferunt frondes, & flores, addunt lanas.* expressius tamen Sophochles in Electra. *Καὶ δὲ λιβὰ ποίπαι, ὅσον κατὰ δόμνῳ. Ἐπὶ δὲ ἕλβον παρὰ τὴν ἀρχαίαν τάφον, ὅσα πολωνὴν ἔφαρξας νεφέρεσσιν Πηγασγάλακτες, καὶ ποδισφύ κούκλω. Πάσι πῶν ὅς ἐστιν ἀδιδὸν θύκων παρὰ τὴν.*

Carmina dant Musa] ἀϊαδὸν πλοῦσις. Terent. *Negat Fannium esse hanc sibi cognatam Demipho? Hanc Demipho negat esse cognatam?*

Syluestris nunc te platanus] Vel sterilis, vt Virgilius. *Et steriles platani malos gessere valentes.* vel quales in his montibus reperiuntur ad differentiam earum, quæ in hortis magna cura à delicatulis viris nutriuntur, de quibus consule Plinium. est autem hic locus aliquo pacto non dissimilis Virgiliano illi. *te nostræ, Vare, myrica, Te nemus omne canit.*

Te quicquid carminis Echo] Horat. *cuius recinit iocosa Nomen imago. Aut in umbrosis Heliconis oris, Aut super Pindo, gelidove in Hæmo.* rursus alibi. *vt paterni Fluminis ripæ, simul & iocosa Redderet laudes tibi Vaticanæ Montis imago:* describitur enim Echo recinens auditas voces: est autem ordo verborum, quicquid carminis respondet, Echo respondet, & quicquid syluæ respondent, te respondent. Virg. *Formosam resonare doces Amaryllida syluas.*

Te nostra armenta sequuntur] Nobis in dolore sunt pares: tuum interitum nobiscum lamentantur. Virgil. Ecl. 5.

orgic. Præsertim si tempestas à vertice sylvis Incubuit:
quamquam non ignoro carmen hoc aliter à Victorio contra
Seruij grammatici sententiam exponi. idem Aeneid. 1. Ipsum
ante oculos ingens à vertice pontus In puppim ferit. ac mul-
tis interiectis sic vertice celi. Constitit. consule ad hanc rem
alicubi Synesium in Epistolis; & Arrianum in descriptione
Maris Euxini.

Flumineos suadens] Non dubium, quin ita legi debeat, non
fulmineos: præceptum verò Columellæ quoque testimonio
comprobarur.

E C L O G A II.

Interlocutores

ASTACVS, ET ALCON.



FORMOSAM Donacen puer Astacus, &
puer Alcon

Ardebant: rudibusq; annis incensus uterq;
In Donaces Venerem furiata mente ruebant.

Hanc, cum vicini flores in vallibus horti
Carperet, & molli gremium completeret acantho,
Inuasere simul: Venerisq; immitis uterq;
Tum primum dulci carpebant gaudia furto.
Hinc amor, & pueris iam non puerilia vota.
Queis anni ter quinq; hyemes, & cura iuuenta.
Sed postquam Donacen duri clausere parentes,
Et non tam tenui filo de voce sonarent,
Sollicitumq; foret linguis onus, improba ceruix,
Suffususq; rubor crebro, venaq; tumentes:
Tum vero ardentes flammati pectoris æstus
Carminibus, dulciq; parant releuare querela.
Ambo euo, cantuq; pares, nec dispare forma:
Ambo genis leues, intonsis crinibus ambo.
Atq; sub hac platano ræsti solatia cæcis

Alter-

Alternant: Idas calamis, & versibus Alcon.
Quæ colitis sylvas Dryades, quæq; antra Napææ,
Et quæ marmoreo pede Naiades vda secatis
Littora, purpureosq; alitis per gramina flores,
Dicite quo prato Donacen, quæ fortè sub umbra
Inueniam, roseis stringentem lilia palmis?
Nam mihi iam trini perierunt ordine soles,
Ex quo consueto Donacen expecto sub antro.
Interea, tanquam nostri solamen amoris
Hoc foret, aut posset rabidos medicare furores,
Nulla meæ trinis tetigerunt gramina vacca
Luciferis, nulloq; biberunt amne liquores:
Sicq; satarum lambentes vbera matrum,
Stant vituli, & teneris mugitibus aëra complent.
Ipse ego nec molli iunco, nec vimine lento
Perfeci calathos cogendi lactis in usus.
Quid tibi, quæ nostri, referam? scis mille iuuenas
Esse mihi; nosti nunquam mea mulctra vacare?
Idas ille ego sum Donace, cui sæpe dedisti
Oscula, nec medios dubitasti rumpere cantus,
Atq; inter calamos errantia labra petisti.
Ehu nulla meæ te tangit cura salutis.
Pallidior buxco, violæq; simillimus erro.
Omneis ecce cibos, & nostri pocula bacchi
Horreo: nec placido memini concedere somno:
Te sine ve misero mihi lilia nigra videntur,
Pallentesq; rosa, nec dulce rubens hyacinthus,
Nullos nec myrtus, nec laurus spirat odores.
At tu si venias, & candida lilia sent,
Purpureæq; rosa, tum dulce rubens hyacinthus.
Tum mihi cum myrto laurus spirabit odores.
Nam dum Pallas amet turgenteis sanguine baccas,
Dum Bacchus viteis, deus & sat a poma Priapus,
Pascua lata Pales: Idas te diliget unam.
Hæc Idas calamis, tu, quæ responderit Alcon,
Versu Phæbe refer: sunt aurea carmina Phæbo.

O mor-

ALC. O montana Pales, ò pastoralis Apollo,
 Et nemorum Syluanepotens, & nostra Dione,
 Quæ iuga celsa tenes Ericis; cui cura iugaleis
 Concubitus hominum totis connectere seclis:
 Quid merui? cur me Donace formosa reliquit?
 Munera namq; dedi, noster quæ non dedit Idas:
 Vocalem longos quæ ducit Aëdona cantus;
 Quæ, licet interdum contexto vimine, clausa
 Cum parua patuere fores, ceu libera ferri
 Nouit, & agrestis inter volitare volucres:
 Scit rursus remeare domum, tectumq; subire
 Viminis, & caueam totis præponere syluis.
 Præterea tenerum leporem, geminasq; palumbes
 Nuper, quæ potui sylvarum premia misi.
 Et post hæc Donace nostros contemnis amores?
 Forsitan indignum ducis, quòd rusticus Alcom
 Te cupiam, qui mane boues in pascua ducam:
 Dij, pecorum pauere greges, formosus Apollo,
 Pan doctus, Fauni vates, & pulcher Adonis.
 Quin etiam fontis speculo me mane notani,
 Nondum purpureos Pæbus cum tolleret orbis,
 Nec tremulum liquidis splenderet lumen in vndis.
 Quod vidi, nulla tegimur lanugine malas,
 Pascimus & crinem. Nostro formosior Ida
 Dicor: & hoc ipsum mihi tu narrare solebas,
 Purpureas laudando genas, & lactea colla,
 Atq; hilares oculos, & formam puberis cui.
 Nec sumus indocti calamis: cantamus auena,
 Qua diui cecinere prius: qua dulce locutus
 Tyrrus è syluis dominam peruenit ad urbem.
 Nos quoq; te propter Donace, cantabimus urbi:
 Si modo coniferas inter viburna cupressos,
 Atq; inter pinos corylum frondescere fas est.
 Sic pueri Donacen rōsto sub sole canebant:
 Frigidus è syluis donec descendere suavit
 Hesperus, & stabulis pastos inducere tauros.

COM.

In Eclogam Secundam.



FORMOSAM Donacen] Calphurnius sic.
 Intactam Crocalen puer Astacus, & puer Idas,
 Idas lanigeri dominus gregis, Astacus horti, Di-
 lexere diu. vtrumq; tamen ad illius Maro-
 nis imaginem factum est. Formosum pastor
 Corydon ardebat Alexim: Quamquam de no-
 minum impositione haud ita curiosus esse
 consueui in huiuscemodi præsertim argumēto, quod in ma-
 nibus habemus, dicam tamen Donaci nomen inditum videri
 à calamo, de quo Plinius lib. 16. cap. 36. Astaco verò à pisce, cu-
 ius meminit Athenæus lib. 3. at Donace nomen indidit vni-
 uersæ Eclogæ in codicibus Florentiæ excussis.

Rudibusq; annis] Puerili ætate, vel tunc primùm Amoris
 faces experti. Ouid. Hinc Amor amorum tetigit rude pectus.
 auctor Elegiarum, quæ Cornelij Galli nomine circumferun-
 tur. Nondum quid sit Amor, vel quid Venus ignea noram; Tor-
 quebar potius rusticitate mea.

Furiata mente ruebant] Abundantiam amoris denotat, quæ
 sæpè in furorem conuerti solet; vnde amor furor à poëtis nun-
 cupatur. Virg. Vritur infelix Dido, totaq; vagatur Vrbe furens.
 idem quoq; furiatam mentem dixit: furiata mente Corabus. &
 Claudianus furiatum pectus de Raptu Proserpinæ.

Hanc cum vicini] Puellarum studium indicat, quæ in flori-
 bus legendis, ipsiq; in sarta nec tendis plurimùm occupan-
 tur. Horatius de Europa loquens. Nuper in pratis studiosa
 florum, & Debitæ Nymphis opifex coronæ. & reliqua. Virgil.
 Pallentes violas, & summa papauera carpens.

Molli gremium] Virgil. Et molli circum est ansas complexus
 acantho. quod ex Theocrito sumptum est Idyllio 2. rursus
 idem Maro in Georgicis. Ille comam mollis tantùm tondebat
 acanthi. herbam hanc nos vulgò brancam vrsinam, vel hircinam
 appellamus.

Venerisq; imbutus] Spectabatur in vno codice immitis, quod
 & in.

& in pluribus alijs deinde reperi: significat autem hoc loco poeta Astacum, & Idam Veneris muneribus obeundis minime, vel vix iam fuisse pares, vnde statim subjicit. *Et pueris iam non puerilia vota.* vel immitis valet impatientem, & quasi efferatum ob amoris impotentiam: vel est epithetum Veneris Horatiano illi respondens. *desine dulcium Mater saeva Cupidinum.* vel immitis, quod talis deinde futura esset, qua ratione persæpè epitheta vsurpare poetæ consueverunt: Virg. *Vritur infelix Didò:* sed imbutus Veneri, valet initiatus; vel dictum est, quomodo à Cicerone. *Pleriq; autem parentum præceptis imbuti ad eorum consuetudinem, moresq; deducimur.*

Dulci carpebant gaudia furto] Sic plerumq; amatorum suauitates nuncupantur, eò quod secretas eas esse cupiunt, nam (vt inquit ille) *celari vult sera furta Venus.* Maro. *Martisq; dolos, Et dulcia furta.* Catullus ad Lesbiam. *Aut quàm sydera mulera, cum tacet nox Furtiuos hominum vident amores.* Tibull. *Veneris per dulcia furta.* Valerius Cato in poematio, cui nomen Diræ. *Dulcia cum Veneris furatus gaudia primus Dicerer. Ouidius. Nos Venerem tutam, concessaq; furta canemus.*

Iam non puerilia vota] Iuuenum, ætateq; confirmatorum, non puerorum opus est Veneris exercitium, itaq; rectè Ouidius *iuuenile opus* appellauit. *Ergo vbi concubitus, Et opus iuuenile petetur.* quamquam inquit Horatius. *Et centum puer arisium Latè signa feret militia tua.*

Quis anni ter quinque hyemes] Ita plerumq; annos dinumerabant veteres. Virg. *Post aliquot mea regna videns mirabor aristas.* per aristas enim messes, per messes annos ipsos intelligit duplici figura, metonymia scilicet, & synecdoche. Catull. *Smyrna mei Cinnæ nonam post deniq; messem, Quàm cæpta, nonamq; edita post hyemem.* Iuuenal. *Sic multas hyemes, atq; octogesima vidit Solstitia.* Seneca iunior in Oedipo. *decima iam metitur seges.* idè in Thebaida. *brunna ter posuit niues, Et tertia iam salce decubuit Ceres.* idè Troade. *decies nimbus Canuit Ide, Ide nostris Nudata rogis, Et Sigeis Trepidus campis: decies secus Messor aristas:* & alibi non semel. Petronius Arbiter. *Iam decima mæstos inter ancipites metus Phryas obsidebat messis.* apud Sophoclem ἀρόπιε annum denotat. cur autem hæc dinumerandi ratio apud illos inualuerit docet Suidas. Οἱ μὲν γὰρ μετατάσσοντες τὰς ἀρσενίας, καὶ ἐποπτείας τὰς χεῖρας ποιήσαντες, ἐπὶ τῆς αὐτοῦ χρόνου τῶν καρπῶν τὰς χρόνας διεκρίσαν καὶ ἰγναιτὰς κυρίως ἐκάλεισαν: atq;

atq; hæc quidem, quo ad verba pertinet; quod verò ad mentem poetæ attinet, sic ait Aristoteles de Historia animalium. φέρει δὲ σπέρμα πρότερον ἀρχεται τὸ ἀρρεῖν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺν, καὶ τοῖς ἐπὶ τῆς ἐπιτάπτεται σπέρμασι. ἀμὰ δὲ καὶ τριχῶσις τῆς ἡβῆς ἀρχεται, καθὰ πρὸς καὶ τὰ φυτὰ τὰ μέλλοντα φέρει τὸ σπέρμα, ἀνθεῖ φησι πρώτον Ἀλκυονίδος. & reliqua.

Duri claufere parètes] Idèd *duri*, quia claufere: sic Horatius. *Donarem pateras, grataq; commodus Censorine meis gra sodalibus.* de quo loquendi genere plura olim adnotaueram in meis libris Locor. controuers. in quos cum petulanter admodum inuectus esset Burdo quidam Galloitalus, coactus fui dignitatis meæ tuendæ causa, atq; aded ipsius veritatis amore pares vices ei rependere, quod feci inuitus, sed necessario, vt puto, consilio; in ea porò defensione plura de hac phrasi obseruauit, quam fungus ille non capiebat, licet neminem parem sibi in eruditione esse iactiter: sed redeo ad rem nostram: puellam claudètem *durum hominem* appellauit etiam Ouidius, hoc est asperum, molestum. *Dure vir imposto tenera custode puella Nil agis.* nec aliter Horatius. *vt piger annus Pupillis, quos dura premit custodia matrum.* solent autem parentes virgines iam nubiles diligentius custodire, nec passim, vt antea, cum pueris vsuari permittere; fuit verò tempus, quo timor huiusmodi procul aberat, id aded vt redeat summis votis expetit Tibullus dicens. *Nullus erat custos, nulla exclusura dolentes Ianua; si fas est, mos precor ille redi.* sed certè virgines id ætatis custodiri debere docet Aristoteles de Historia anim. his verbis. μάλιστα δὲ καὶ φυλακῆς διοῦται πρὸς τὴν χρόνον τῆτον. μάλιστα γὰρ ὁρμῶσι πρὸς τὴν τῶν ἀρσενίων χεῖρας ἀρχομένην αὐτῶν. & reliqua. auctor Elegiarum, quæ Cornelio Gallo tribuuntur. *Pedagogus adit me, illam tristissima mater Seruabat.*

Et non tam tenui filo] Asperam arteriam accipe, per quam vox emittitur; ac de voce quidem, quæ ad hunc locum intelligendum necessaria esse iudicauit, hæc sunt Aristotelis verba in Problematis; quærebat autem illic philosophus, cur vocem emittant acutam, qui expertes feminis sunt, vt pueri, mulieres, decrepiti, spadones; grauem autem viri, qui firma sunt ætate, ac exitum quæstionis expedit, vt dicat. ἡ καὶ τὸ ἡ γράμμη καὶ τὸ ἀπὸ λεπτά, καὶ διασπῆμα ἔχει, τὰ δὲ παχέα πλεῖον, ὡς καὶ ἡ λεπτή φωνή, καὶ ἡ πλεῖον. ἔχοντων ἐν τῶν προσημνίων πινδύμα ἀδελφῆς, κινεῖ αὐτῶν ἀέρα ὀλίγον. & reliqua, quæ ibi sequuntur; ex quibus

verbis facile etiam cognoscitur, cur poeta dixerit *tenui filo*, nam tralatitio sumptum est à re propria, de qua Gratius de Venatione inquit. *Prima iubent tenui nascentem iungere filo Limbum.* ac rursus. *Circum labra sequi, tenuique includere filo.* sed & idem Aristoteles quippiam tradit loco superius indicato, quod ad hanc rem intelligendam plurimum confert, id adeo apud ipsum inspicere poterit, nam ego breuitatis causa non omnia huc congero.

Sollicitumq; foret] Ob vocis mutationem, quæ circa decimum quartum ætatis annum contingere solet, cuius rei causam pluribus verbis prosequitur Alexander Aphrodisiensis, siue maui Trallianus problemate illo, quo quaerit *δι τῆς ἀβασκίας καὶ πᾶσι τρεχῶν ἰσθμῶν*, eam quoq; illic inspicere velim, ne sim longior. poterit tamen idem fortasse referri ad amantium hesitationem, sicut & alia quæ sequuntur amoris indicia, de quibus uenustissimum extat Sapphonis carmen, quod Catullus penè ad verbum expressit: Flaccus quoq; non vno in loco huiusmodi indicia suauissimis carminibus prosequitur; sed omnium venustissimum est Valerij Aeditui epigramma, quod alicubi citat Gellius: vide etiam Heliodorum in Historia Aetiopica.

Improbæ cervix] Audax, elata: Virgil. *Improbæ ille puer.* Propertius. *Donec me docuit castas odisse puellas.* Improbæ. Calphurn. *Improbe te Lycida.* Græcè idem valet vox *κακός*.

Suffususq; rubor] Amoris indicium. Horat. *Tunc nec mens mihi, nec color.* Certa sede manet. Tibull. *Sed nimius luteo corpora tingit amor.* ad Heliodorum, & Achillem Statium.

Carminibus, dulciq; parant] Est enim curarum non leue solatium ipsa doloris conquestio: hinc dicit Ecl. 4. *Cantet, amat quod quisq; ; leuant & carmina curas.* Virg. *Ipsa cana solans ægri testudine amorem.* Theocritus in Cyclope. *οὐδὲ ποσὶν ἔρωτα πικρὰ φέρμαχον ἄλλο Νικίᾳ, ἔτ' ἐγχεῖσιν ἐμοὶ δάει, ἔδ' ἠὲ πασῶν.* summus noster Lyricen. *Che cantando il dolor si disacerba.* consule auctorem Problematum, quæ Alexandro Aphrodisiensis vulgò tribuuntur.

Ambo duo] Ex Virgilio, sicut & alia multa; est. n. apud ipsum hunc in modum. *Ambo florentes atatibus, Arcades ambo, Et cantare pares, & respondere parati:* porro Virgilius à Theocrito sumpsit, cuius hæc sunt Idyllio quopiã. *Ἀμφὸ τῶν ἠπῶν πρῶτον ἰχθῶν, ἄμφω ἀνάβω, Ἀμφὸ σὺν ἰσθμῶν ἀδάσμησθω, ἄμφω ἀΐδω.*

Atq;

Atq; sub hac platano] Calphurn. *Quidue sub hac platano, quæ garrulus astrepit humor In festatione sedes?*

Marmoreo pede] Hesiodus in Theogonia appellauit Thetidem *ἀργυροπόδων*, id est candidis pedibus insignem à candore illius metalli, Tibullus sic. *Vinclaq; de niueo detrahbet ipse pede.* idem intelligit Nemesianus hoc loco, nam marmoreum valere candidum apud Latinos eadem figura. Næuius Cypria Iliade referente Charisio. *Collum marmoreum torquis gemmata coronat.* sic etiam Virgilius. *Tum quoq; marmorea caput à ceruice reuulsum Gurgite cum medio portans Oegrarius Ebrus Volueret.* Lucret. *cerula quæ sint Nunquam in marmoreum possunt migrare colorem.* Ouid. in Fastis. *Aurea marmoreo redimicula demitte collo.* & Metamor. *Quas ubi marmoreo deterfit pollice virgo.* De Nymphis cõsule præter alios Lilius Gregorium Gyraldum.

Stringentem lilia palmis] Carpentem: Virgil. Bucol. *Hic ubi densas Agricola stringunt frondes.* & in Georgic. *nunc stringe comas, nunc brachia tonde.* rursus. *Sed tamen & quernas glandes nunc stringere tempus.* Et lauri bacchas. *roseis autem palmis, id est pulchris.* Virgil. *Dixit, & auertens rosea ceruice refulsit.* in quam etiam significationem vsurpatum quandoq; scimus *purpureum* à coloris iucunditate. Hesiodus in Theogon. *καὶ ἔφεικα ῥοδόπικχες.* & *καὶ ἰππονὸν ῥοδόπικχες.* & in Opere Rustico. *Ἀργυροπόδων δ' ἑσθλὴν ῥοδόπικχῶν ἴσθμῶν.*

Trini perierunt ordine soles] *μετῶν ἡμῶν*, pro eo, quod est, iam tres dies elapsi sunt. Virgil. *Sæpe ego longos Cantando puerum memini me condere soles.* & in Maiori poemate. *Tres adeo incertos cæca caligine soles Erramus pelago.* sic etiam Græci *ἄλιον* vsurpant: ceterum ex amantium affectu dictum est, quibus vel minima mora longissima videri solet: Phœdria apud Terentium Eunuchos. *Tandem ego non illa caream, si sit opus, vel totum triduum:* Par. *Hui vniuersum triduum? vide quid agas.* in nostro verò *τὸ ὄρδιν* hunc affectum exprimit.

Nulla mea trinis] Virgil. *Non ulli pastos illis egere diebus Frigida Daphni boues ad flumina; nulla neq; annem Libavit quadrupes, nec graminis attigit herbam.* quod ex Theocrito sumptum constat: *καὶ αἰβίδος ἀποτὶ τὰς αἰς Πλαδύμην γόαοντι καὶ ἐκ ἰδῆ- λυτι νῆμεσθαι.*

Mugitibus æera complent] De equis ita inquit Virgilius Georg. 3. *& altum Pelion hinnitu fugiens impleuit acuto.* & Eclo. 6. *Praetides implexunt falsis mugitibus agros.*

[*Molliiunco*] Sic etiam vocat Maro. *Quin tu aliquid saltem potius, quorum indiget vsus, Viminibus, molliq; paras detexere iunco.* Propertius *leuem* ipsum appellauit. & *iunco brassica vincta leui.*

[*Vimine lento*] Flexibili. Virg. *Lenti conuellerè vimen*: quod pertinet ad sententiam, haud longè distat illud Theocriti ex Cyclope. Ἀἰεὶ ἔστιν παλῶς τε πλεῖστοι καὶ ἐκ πολλῶν ἀμύσας. Τὸς ἀργεῖσι φέρει, τὰ χαλεκὰ πολὺ μάλλον ἔχουσι κέν.

[*Calathos cogendi lactis in vsus*] Tale quippiam significauit Maro dicens. *Quin tu aliquid saltem potius, quorum indiget vsus, Viminibus, molliq; paras detexere iunco*: vide Columellà lib. 7. c. 8.

[*Scis mille iuencas*] Mutuò sumptum à Virgilio, qui porro à Theocrito vtendum accepit. Latinus poëta inquit. *Quàm diues pecoris, niuei quàm lactis abundans; Mille mea Siculis errant in montibus agnae*: *Lac mihi non æstate nouum, non frigore defit.* Græci autem verba sunt hæc. Ἀλλ' αὐτὸς τοῦτο εἶναι, ἡπαρχία βόσκω. Κινεῖ τὰ πῶν τὸ κρᾶτισον ἀμειλιγμοῖσι γάλα πίνω. Τυρὸς δ' ἔστιν ἐπὶ τῷ ἔθρῳ, ἔτ' ἐπὶ τῷ ἄρῳ. Οὐ χειμῶνος ἀκρῶ. τὰρ σοὶ δ' ὑπαρχθεὶς ἀν. quos locos imitatus etiam fuit Ouidius *Metam.* 13. sed & apud Horatium ita reperias. *Te greges centum, Siculaq; circum Mugiant vaccæ.* vide tamen quæ adnotauimus ad Calphurnij Eclogam secundam.

[*Idas ego ille sum*] ἐμφατικῶς. Hæc eadem sententia apud Calphurnium totidem ferè verbis expressa reperitur; ipsius versus in propinquo statuum, vt conferri possint: ait igitur, *Ille ego sum Lycidas, quo tu cantante solebas Dicere sælicem, cui dulcia sæpè dedisti Oscula, nec medios dubitasti rumpere cantus, Atq; inter calamos errantia labra petisti.*

[*Errantia labra petisti*] Quid. epistola Sapphus ad Phaonem. *Cantabam, memini, meminervnt omnia amantes; Oscula cantanti tu mihi rapta dabas.* & *Amorum* lib. 2. *Hæc quia dulce canit, fletitq; facillima vocem, Oscula cantanti rapta dedisse velim; errantia autem modò hunc, modò illum calamus percurrentia.*

[*Te tangit cura salutis*] Breuius Maro. *Nil nostri miserere*: quod ex Theocrito expressum est. ὁ δὲ μὴ λόγον εἶδνα ποιεῖ. & in Cyclope. τὴν δ' ἔμειλε εἰ μὴ Διὶ εἶδεν.

[*Pallidior buxo*] Ab insigni eius ligni pallore impotenter amantis habitum exprimit; vultum, inquam, horridum, exanguem, macieq; confectum. Quid. *Pallidior Buxo vultus amantis erat.* & *Metam.* 4. *oraque buxo Pallidiora gerens.* rursus

lib. 11. *buxoq; simillimus ora Pallor obit.* auctor carminis in Priapū. *Vuis aridior puella passis, Buxo pallidior, nouaq; cera.* Martial. *Et non recenti pallidus magis buxo Irus tuorum temporum sequebaris.* hinc Apuleius, at ille (inquit) *modicum comoratus, refert sese, buxantiq; pallore trepidus mira super consensu suo renunciat.* Catullus dixit. *Quantò sæpè magis fulgore expalluit auri.* & *Hospes inaurata pallidior Statua.* Tibullus. *Parce precor tenero: non illi fontica causa est: Sed nimius lutea corpora tingit amor:* Ouidius sic. *Concidimus macie, color est sine sanguine, qualem In pomo refero mente fuisse meo.* & reliqua. loquitur Cidippe de seipfa: *violæ etiam color in amantium vultu impressus videtur.* Hor. *O quamuis neq; te munera, nec preces, Nec tinctus viola pallor amantium.* vt autem violarum plura sint genera, hîc tamen de pallidis intelligit Nemesianus. Virgilius sic. *tibi candida Nais Pallentes violas, & summa papauer carpens.* Columella. *Tunc quæ pallet humi, quem frondens purpurat auro* Ponatur viola. Theocritus certum quoddam genus florum nominauit. Καὶ μὴ χάρις μὴ ὁμοίος ἐγένετο παρὰ κενεῖται. Propertius simpliciter: *Perditus in quadam tardis pallescere curis.*

[*Pocula Bacchi*] Vini, nota figura; Terent. *Sine Cerere, & Baccho friget Venus.* Virgil. *Implentur veteris Bacchi, pinguisque ferina.*

[*Concedere somno*] Eodem epitheto quietem ornauit Virgilius *Aen.* 1. *At Venus Ascanio placidam per membra quietem Irrigat.* intelligit autem somnum ipsum; sic *Aeneid.* 5. *placida laxant membra quiete Sub remis fusi per dura sedilia nauæ.* sed & soporem quoq; *Aen.* 4. *& placidum carpebant membra soporem Corpora per terras.* & lib. 8. *placidumq; petiuit Coniugis infusus gremio per membra soporem.* est autem hoc non leue ex multis, magnisq; amantium incommodis, vt somnum oculis videre nequeant, quod in Didone expressit Virg. *hærent infixi pectore vultus, Verbaq; nec placidam membris dat cura quietem.* Quid. *Nec somni faciles, & nox erat annua nobis, Et gemitus nullo læta dolore dabam.* Calphurn. *Dum flet, & excusso dispergit lumina somno.* de ἑσπέρεια vide quæ adnotauimus in nostris *Locis* controuersis, ac deinceps in *Assertionem* pro eisdem aduersus maleuolum illum obtrectatorem, qui se Gallum sinit, cum re vera sit vilis quispiam Burdo in agro Patauino ortus ex infima fæce hominum.

Te sine] Totum est Calphurnij, qui & illud statim subiicit. *Nec sapiunt fontes, & acescunt vna bibenti; At si tu uenias, iam candida lilia fient, Et sapient fontes, & dulcia vna bibentur.* non abfimilis locus est in Theocriti Βωκολίαςαι. rosas autem pallentes sibi videri ait, cum alioqui suapte natura, aut candida, aut purpurea esse soleant. Horat. *Nunc & qui color est punicea flore prior rose.* Virgil. *cum primum crastina caelo Puniceis inuecti rosas aurora rubebit.* idem in Copa. *Sertaq; purpurea lutea mista rosa.* Martial. *Pestanis rubeant emula labra rosis.*

Dulce rubens hyacinthus] Virgil. *Munera sunt lauri, & suauis rubens hyacinthus.* alibi mollem, ferrugineum alibi nominauit.

Candida lilia fient] Ita, ut reuera sunt, mihi esse apparebunt. Calphurn. *At, si tu uenias, iam candida lilia fient.* sic propemodum Theocritus In Βωκολίαςαι. *Ραδίτοι ἴαρι, παρὰ τὸ ἴνομοι, παρὰ τὸ ἴγαλακτος Οὐδατα πλῆθος, καὶ τὰ νῆα τρέφεται:* Ενδ' ἀκαλὰ πάρις ὠδινίαι τετα ἀδ' ἀφ' ὄσπιν, κ' ὠτὰς βῶος βόσκων, χ' αἰ βῶος αὐτοπρεα. lilia peculiari epitheto candida nuncupantur à natiuo ipsorum colore. Propert. *Et circum irriguo surgebant lilia prato Candida purpureis mista papaueribus. & Lilia non domina sint magis alba mea. & Sæpè tulit blandis argentea lilia Nymphis.* idem fufius obseruauit ad locum Calphurnij. *Candida quimedius.*

Cum myrto] Qui quidem ex duabus illis plantis vna positus, atq; coniunctis suauissimus excitari consuevit dicente Virgilio. *Et vos, o lauri, carpam, & te proxima myrte, Sic posita quoniam suauis miscetis odores.* quod ex quarto Theocriti Idyllio sumptum videtur.

Nam dum Pallas] Dum quisq; Deus propriam, sibiq; dicatam arborem amabit, quam videlicet semper amabit. Pallas autem oleam in delicijs habere fingitur, utpote arborem à se primo inuentam ex notissima fabula. Virgil. *oleæque Minerva Inuentrix.* Bacchus vitem. idem. *Populus Alcide gratissima, vitis Iaccho.* Priapus hortorum custos creditus est, unde ipsius curæ poma demandata fuerunt ab antiquis. Virgil. *Sinum lactis, & hæc te liba Priape quotannis Expectare sat est, custos es pauperis horti.* Tibull. *Pomosisq; ruber custos ponatur in hortis, Terreat ut sæuas falce Priapus aues.* extant plures lusus in hunc Deum, qui impressi circumferuntur. de Pale sic ait Virgil. *Ipsa Pales agros, atq; ipse reliquit Apollo.* eundem animi conceptum his versibus expressit idem poëta. *Hæc tibi semper erunt, & cum solemnia vota Reddemus Nymphis, & cum lustrabimus*

timus agros: Dum iuga montis aper, fluium dum piscis amabit, Dumq; thymo pascentur apes, dum rore cicada, Semper honos, nomenq; tuum, laudesq; manebunt. sed & alibi ita eundem variat. *In freta dum fluij current, dum montibus umbra Lustrabit, conuexa polus dum sydera pascet.* vocat autem Nemesianus *baccas turgentes sanguine*, quomodo quidam vetus poëta arborum sanguinem dixit: succus enim in pomis, & arboribus proportionem quadam sanguini responderet in animantibus; unde in sacris Biblijs sanguinem vna pro vino ipso reperias.

Hæc Idas calamis] Dixerat enim superius. *Idas calamis, & versibus Alcon;* idest Idas ad sonum calamorum hæc concinebat: est autem imitatio Virgiliana. *hæc Damon, vos qua responderit, Alphesibæus. Dicite Pierides.*

Aurea carmina Phæbo] Pulchra instar auri, vel preciofa, αἰσίων μὴ (inquit Pindarus) ὄδωρ, ὁ δὲ Χρυσός, αἰθουμὸν πῦρ Ἀττικὰ πρὸς Κτι, μηχανορὸς ἔφατ' ἀπὸ πλάτ' . hinc mala aurea Hesperidum dicti sunt pecudū greges, quos exquisita pulchritudine puella Hesperides alerent, quæ ob decorem à poëtis aureæ dictæ sunt, quemadmodū & Venerem ob egregiam formam auream appellant, auctore Diodoro lib. 4. Callimachus simpliciter sic. *Φοῖβον, καὶ τὸ λόν, ἐπιτρέπεται καὶ αἰθῆ.*

O pastoralis Apollo] Ab eo, quod Admeti gregem olim pauisse creditus est; hinc Virgilius *pastorem ab Amphryso* eundem appellat, quamuis aliter de hoc cognomine sentiat Macrobius; ad poëticum certè figmentum alludit Tibullus inquitens; *Pauit & Admeti tauros formosus Apollo;* & de seipso loquens Apollo apud eundem poëtam. *Me quondam Admeti niueas pauisse iuuenas. Non est in vanum fabula ficta iocum. Quid. Ipse repertor opis vaccas pauisse Pheræas Fertur, & in parua delituisse casa.* Seneca in Hypolito. *Thessali Phæbus pectoris magister. Egrot armentum, positoq; plestro. Impari tauros calamo vocauit.* meminit etiam huius fabulæ Horatius in Odis. Græci modò ποιμνίου, modò νομίον, modò ἀργαίων, modò ἱπιμαλίων, modò ἀρνοκόμην, modò ναπάλων vocant, quæ cognomina à pastorum officijs ducta sunt. Calphurn. *Aur secundæ Pales, aut pastoralis Apollo;* ex Græcis sic ait Callimachus. *Φοῖβον, καὶ Νομίον κικλησθημῆ, ἐξ ἱπὶ κένυς. Ἐξ ὅτ' ἐπ' Ἀμφρυσῶ ἰουητιδῆς ἐτρεφον ἱππους, Ἡδὲς ὑπὸ φῶτι κεκαμύθως Ἀδμητοία: Οὐρπευς ἰν Ἀργοναυτικῆς. Ἀδμητος δ' ἀφ' ἰκακῆς φρακῶδου, ὃ ποτὶ Βαυκῆ Οὐπύων ὑπῆρκε. Διὸς δ' ἠλόνετο μῆνιν, Ἰόννεκα τοι Κικλῶπας, ἄμαμασ.*

ἀμωμὰ κίττιον ἰσοῖς Ἐν φθιπύσιν ἔτρουε, Ἀσκληπιότι ἄνεκα λῶσθε. *meminerunt etiam huius fabulae Homerus, Pausanias, alij, quos hic referre non est opus.*

Et nemorum Syluane potens] Qui nemoribus praes. Horat. *Sic te Diua potens Cypri, Sic fratres Helena, lucida sidera, Ventorumq; regat pater: rursus alibi. suspendisse potenti Vestimenta maris Deo. nec nō alibi. Phæbe, sylvarumq; potens Diana.* Virgil. *Nimborumq; facis, tempestatumq; potentem: &. Dij maris, & terra, tempestatumq; potentes,* valet enim ubiq; ἑκκερτην, ἢ κῆριον; alij κατὰ τὴν συκοπᾶν dici volunt pro eo, quod est *potens*. porro de Syluano sic ait Virgilius. *Syluano fama est veteres sacrasse Pelasgos Aruorum, pecoriq; Deo, lucumq; diemq;.*

Quæ iuga celsa tenes Erycis] Eryx mons est Sicilia, in cuius cacumine templum Veneri dicatum extabat fama toto orbe notissimum, auctore Polybio: de eo sic ait Virgilius. *Tum vicina astris Erycino in vertice sedes Fundatur Veneri Idaliæ. inde Venus Erycina.* Catull. *Spinosas Erycina ferens in pectore curas.* Horat. *Sine tu maus Erycina ridens; & reliqua.*

Iugales concubitus] Non quod matrimonijs praesit, nam hoc munus Iunoni tributum fuit, quæ iccirco *pronuba* nuncupatur, & à parientibus inuocari consuevit, sed quia (vt inquit Lucretius) *per hanc genus omne animantum Concipitur, visitq; exortum lumina solis: & paulò post de eadem loquens. Efficit, vt cupidè generatim secla propagent, Quæ quoniam rerum naturam sola gubernas, Nec sine te quicquam dias in laminis oras Exoritur, neq; sit laetū, nec amabile quicquam, Te sociā.* & reliqua.

Vocalem longos] Benè longos, nam Iusciniā noctū, diūq; penè indefatigabilis est in canendo, vt pluribus verbis docet Plinius lib. 10. necnon Aelianus de Animalibus lib. 3. hinc Plauti illud ex Bacchidibus. *Ego quoq; Pol metuo ne Iusciniolæ defuerit cantio.* Homerus quoque, quod hūc aliquo modo facit, sic inquit. *Ὡς δ' ὅτε Παρθοῖς κέρει χλωρῆς ἀνδῶν Καλὸν ἀνδρῶν ἑσπεροῖν ἰσαμβλίῳ Δοδρῶν σὶ πελάσι καβίροισι πυκνῶσιν, Ἡ τε δαματρίω πηθῶ χεῖρ πολυμηχεῖα φωνῶν, Πολὸν ὀλοφροβῆν Ἴτυλον φίλον.* sed & Theocritus in Aita. *ἰάτον ἀνδῶν Συμπέγντον λιγυφῶνος ἀοιδότατον πεπελοῦν.* de hac verò auē quæ fabulosè tradita sunt, reperias apud Antoninum Liberalem in Congerie transmutationum cap. 11. est autem commendatio muneris non tam à natura illius auiculæ, de qua ijdem Plinius, & Aelianus in primis consulendi sunt libris nuper iudicatis, quàm ab Alconis opera,

nis opera, & diligentia, siquidem aiebat Scopelianus Sophista τὴν ἀνδρῶν ἐξ οὐκίσκου μὴ ἀδεν.

Contexto vimine] Periphrasis caueæ, quam tamen statim proprio vocabulo nuncupat. *& caueam totis praeponere syluis.* *Scit rursus remeare domum*] Tale quippiam de ceruo Amata narrat Virgilius Aen. 7. *Ille manum patiens, mensaq; assuetus herili Errabat syluis, rursusq; ad limina nota Ipse domum sera, quamuis se nocte ferebat.*

Geminasq; palumbes] Neq; hic locus imitatione caret, factus est enim ad exemplum illius Maronis. *Parta mea Veneri sunt munera, namque notavi Ipse locum aërea quò congestere palumbes. Quod potui, puero syluestri ex arbore lecta Aureamala decem misi, cras altera mittam.* sed & Theocritus hanc sententiam prior expresserat in *Ὀδοιπόροις. Κῆρὸν μὲν δῶσθ' τὰ παρὲς οὐκ αὐτίκα φάσσοι, Ἐκ τῆς ἀρκυθῆς καβελῶν, τῆναι γὰρ εἰφισθεῖ.* ceterum τὸ *Quod potui*, iccirco additur, quoniam de se prædicauerat Idas. *scis mille iuuenas Esse mihi, nosti nunquam mea mulctra vacare: cui cum paria obijcere non posset Alcon, ingenuè tenuitatem suam fatetur, interim tamen addit puellæ se tribuisse quicquid in sua facultate situm esset; est ergo non leuis commendatio muneris; pro lepore autem, quem hūc posuit Nemesianus, Virgilius capreolos dixit. Præterea duo, non tuta mihi valle reperti Capreoli sparsis etiam nunc pellibus albo, Bina die siccant ouis ubera, quos tibi seruo.* at Calphurnius & leporis, & palumbi meminit in illis. *His tamen, his inquam manibus tibi sæpè palumbes, Sæpè etiam leporem decepta matre patientem Misi mihi in gremio.*

Et post hæc] Epiphonema. Virg. *Et dubitant homines serere, atque impendere curam.*

Dij pecorum pauere greges] Tuetur se Deorum exemplo; & est argumentum à minori. sic Virgilius. *Quem fugis, ab demens, habitarunt Dij quoq; syluas, Dardanusq; Paris.* Theocritus. *λέγε μύλων, Ὡς πρώτῳ εὐκαὶ καὶ θεὸς ἀν ἐνεμε.* eodem argumento factū suū excusat Cherea apud Terentiū Eunuchō.

Pulcher Adonis] Virgil. *Et formosus oues ad flumina pavit Adonis.* sic etiam Theocritus, *καλὸν καὶ ἀρῶν* eundē vocat.

Fontis speculo] Videtur voluisse Criticorum censuram vitare, qui Virgilio notam inurunt dicenti. *Nec sum adeò informis, nuper me in litore vidi, Cum placidum ventis staret mare. tametsi ex Theocrito id sumptum constat; caute igitur Nemesianus,*

fianus, quod ab eis de mare dicitur, ad fontem transtulit quibusdam in super adiectis circumstantijs, quæ visum minus falli permittunt: sic etiam Calphurnius; *Fontibus in liquidis quod me conspicor ipse, Admiror toties; etenim sic flore iuvenæ induimus vultus, ut in arbore sæpè notavi. Cereæ sub tenui lucere cydonia lana.* simile quippiam reperias apud Callimachum ἀελατράτης Περικλίδος, ibi. Οὐδ' ἴς δ' ἄρα χαλκὸν μέγαλα θεῶν. εἰδὲ Σημοῦτος Εὐβλήτου δι' ἄρα ἴς ἀεφαινο ἕκαστον. cur verò in speculis, & in perspicuis aquis nos ipsos videamus, docet Alexander problemate quopiam.

Nec tremulum liquidis] Varietas scripturæ, quam hîc offendi, nulla ex parte officit sensui; quo circa minimo in discrimine pono, an legamus *tremulum*, ut sit adverbialiter dictum, quomodo per sæpè loquuntur poëta, an verò tamquam adiectivum ad *lumen* referatur, ut sit *tremulum lumen*, an etiam in sextum casum cōvertatur, ut sit *tremulo lumine*, nam omnibus his modis hunc versum notatum reperi; cæterum hæc dictio de imagine rei ipsius expressa est, ut docet Macrobius Saturn. 6. vbi hoc Ennii carmen citat. *Lumine sit tremulo terra, & cana cæcula cædent:* sic etiam dixit Lucretius. *Præterea solis radijs iactatur aquai Humor, & in lumen tremulo rarefcit ab æstu.* nec non Virgilius. *nec candida cursum Lunam negat: splendet tremulo sub lumine pontus.* rursus alibi. *Sicut aquæ tremulum labris vbi lumen abenis Sole repercussum, aut radiantis imagine lunæ Omnia peruolitat latè loca.* neq; absimile est, quod ait Propertius. *Armorum radijs picta tremebat aqua.*

Nulla tegimur lanugine malas] Interpretatus est illud Theocriti: Καὶ καλὰ μὲν τὰ ῥέοντα. quomodo illud alterū, Ὡς παρ' ἐμὴν κίεριτα illo, *Quod vidi.* sed Lucretius dixit. *Tum demum pueris ævo florente iuventas Occipit, & molli vestit lanugine malas.*

Pascimus & crinera] Qui mos fuit puerorum apud antiquos præsertim impudicorum, unde natum proverbum οὐδὲν κριμίας, ὅπως ἐκλυθεταί. Agestilaus tamen suum in alenda coma studium, quod alioqui ingenuo homine indignum existimabatur, acuto dicto nulli reprehensioni affine esse demonstravit, interrogatus enim cur id faceret, ὅτι (inquit) τὸ κόσμος ἀδυνατῶτατος ἐστίν. Horatius de Gyge. *Quem si puellarum insereres choro. Mirè sagaces falleret hospites, Discrimen obscurum solutis Crinibus, ambiguoq; vultu.* ac alibi. *Aut teretis pueri longam renodantis comam.* hanc deinde ex ephœbis egressi præcidentes ali-

cui

eni Deo consecrare moris fuit. M. Varro de Liberis educandis apud Nonium. *Itaq; Ambracia primum capillum puerilem demptum; item cirros ad Apollinem ponere solent.* Martial. *Hosti bi Phæbe vouens totos à vertice crines Eucolpus domini Centurionis amor.* Homerus. Σπῆς ἀπένδιδε πνεῖς ἐκείδω ἐπὶ τὸν ἄρα τὸ χεῖρ τῶν, τὸν ῥα Σπέρχου ποταμῷ τρέφε τιλεόουσαν. quem locum explicat Papinius Sylvar. lib. 3. ibi. *Et quam Sperchio tumidus seruabat Achilles.* meminit huius consuetudinis Pausanias in Arcadicis, neq; non item Athenæus ex Diphilo comico.

Mibi in narrare solebas] Circumspectè admodum se gerit Alcon, qui de sua pulchritudine iudicium non sibi, sed Donaci tribuit; non ita fecit Dametas apud Theocritum Idyllio 6. unde hic locus fermè expressus est: at Calphurnius cum nostro contendit. *Formosior illo Dicor, & hoc ipsum mihi in narrare solebas.* alibi tamen hanc cautionem seruauit Græcus poëta dicens; Καὶ μὲν τῷ ἀστέρῳ σπασσῆς κόρα ἀχθεῖς ἰδοῖσα Τίς δὲ μάλ' παρελάντα, καλ' καλ' ἡμῖν ἴφρασεν.

Et lactea colla] Candida instar lactis. Virg. *tum lactea colla Auro innectuntur.* & *fosos ceruix cui lactea crines Accipit.* *purpureas verò genas,* id est rubore sparsas. Hesiodus Theogonia Agauem καλλιπάρουον vocat, & Gratias eodem epitheto exornauit.

Puberis æui] Sic etiam locutus est Maro. *Et nunc equali tecum pubesceret æuo.* Hesiodus dixit in Theogonia. Τὸν ῥα νῖον πῆρ' αἰθῆς ἔχοντ' ἐρυπιδίος ἄβας.

Tityrus] Hæc non obscure de Virgilio dicuntur, cuius personam sustinet Tityrus quidam ipsius prima Ecloga: respicit autem adhuc signantius locum illum. *Postquam nos Amaryllis habet, Galatea reliquit: Namque, fatebor enim, dum me Galatea tenebat: & reliqua:* geminus huic est ille alter Calphurnij locus. *Tityrus hanc habuit, cecinit qui primus in istis Montibus hyblæa modulabile carmen auena.* rursus in fine. *Tum mihi talis eris, qualis qui dulce sonantem Tityron è syluis dominam deduxit in urbem, Ostenditq; Deos.*

Si modò coniferas] Comparatio Virgiliana. *Verum hæc tantum alias inter caput extulit vrbes, Quantum lenta solent inter viburnacupressi.* hæc eadem sententia nudis tamen verbis, & absq; villo poëtico apparatu ita alibi exprimitur ab eodè Marone. *Non aliter, si parua licet componere magnis; & reliqua.* sic etiam M. Tullius de Optimo genere oratorum. *Parua enim*

E 2 magnis

magnis sæpè rectissime comparantur. & in Oeconomico apud Lactantium. Ut magna paruis conferamus. porro cupressum eodem epithero insigniuit etiam Maro dicens. *Aërea quercus, aut conifera cyparissi.*

Toto sub sole] Si tota die, hæc atq; alia multa in eadem sententiam cecinisse Astacum, & Alconem intelligemus; vel est legendum *tolto*, quod reperi in vno codice manuscripto; in dico, non affirmo; ad hunc sensum dixisset Catullus. *Sole sub ardenti flauentia demetit arua.* id quod etiam reperias apud Maronem: hoc autem dico, quoniam *tolto* actiue sumi deberet, ni fallor.

Frigidus è syluis] Hac sæpè occasione vtuntur poëtae bucolici, cum sermoni finem imponere volunt. sic Virgilius Ecloga prima, sexta, & decima: Nemesianus ea, quæ hanc proximè consequitur; Calphurnius quinta, quos locos conferre poterunt studiosi adolescentes ad hunc, quem in manibus habemus, magis adhuc intelligendum; nam ego citato cursu ad reliqua propero pluribus de industria prætermisissis, quæ huc congeri possent, si mihi propositum esset verbosos Commentarios adornare, sed quoniam breuitati studeo, satis habui ad fontem digitum intendisse; & licet nihilominus, si libet, consulere caput primum libri 10. meorum Locor. controuerſi super illo carmine Virgiliano. *Surgamus, solet esse grauis cantantibus umbra;* quod ego legendum esse admonui *cunctantibus;* de quo deinde corium defricui fictio illi Villiomaro, qui Iosepho Scaligero in mimo peragendo personam commodauit.

E C L O G A III.

P A N.



NICTILOS, atq; Mycon, necnon, & pulcher Amintas
 Torrentem patula vitabant ilice solem:
 Cum Pan venatu fessus recubare sub ulmo
 Cæperat, & somno lassatus sumere vires:
 Quem super & tereti pendebat fistula ramo.
 Hanc pueri (tanquam prædam pro carmine possent

Sumere

Sumere: fasq; esset calamos tractare deorum;
Inuadunt furto. sed nec resonare canorum
Fistula, quem fuerat; nec vultu contexere carmen;
Sed pro carminibus male sibilis dissona reddit.
Tum Pan excussus sonitu stridentis auenæ,
Iamq; videns, Pueri si carmina poscitis, inquit,
Ipse canam. Nulli fas est inflare cicutas,
Quas ego Mœnalijs cera coniungo sub antris.
Iamq; ego Bacche tuos ortus, & semina vitis
Ordine detexam. debemus carmina Baccho.
Hæc fatus, cæpit calamis sic montiuagus Pan:
Te cano, qui grauidis hederata fronte corymbis
Vitea ferta plicas: qui quando palmitè tygres
Ducis, odorato perfusus colla capillo:
Vera Iouis proles. Iam tunc post sydera cæli
Sola Iouem Semele vidit Iouis ora professum.
Hunc pater omnipotens, venturi prouidus eui,
Protulit, & iusto produxit tempore partus.
Vos etiam & Nysæ viridi nutritis in antro
Hunc Nymphæ, Faunig; senes, Satyrig; procaces.
Quin & Sylenus paruorum veneratus alumnorum
Aut gremio fouet, aut resupinis sustinet vlnis:
Et vocat ad risum digito, motuq; quietem
Allicit: aut tremulis quassat crepitacula palmis,
Cui deus arridens, horrenteis pectore setas
Vellicat: aut digitis aures astringit acutas,
Applauditve manu mutilum caput, aut leue mentum
Et summas tenero collidit pollice nareis.
Intera pueri florescit pube iuuenta;
Flauaq; maturo tumuerunt tempora cornu.
Tum primum lenes ostendit pampinus uuas.
Mirantur Satyri frondes, & dona Lyæi.
Tum deus, ò Satyri maturos carpite fructus,
Dixit: & ignotos pueri calcate racemos.
Vix hæc ediderat: decerpunt vitibus uuas,
Et portant calathis: celeri q; illudere planta.

Vix

18 In Bucolica Nemesiani.

Concaua saxa super properant. Vindemia feruet
 Collibus in summis: crebro pede rumpitur vna;
 Nudaq; purpureo sparguntur pectora musto.
 Tum Satyri, lasciuia cohors, sibi pocula quisq;
 Obuia corripuit, quod fors dedit, hoc capita vsus,
 Cantharon hic retinet: cornu bibit alter adunco:
 Concauat ille manus, palmaeq; in pocula vertit:
 Pronus at ille lacu bibit, & crepitantibus haurit
 Musta labris: alius vocalia cymbia mergit:
 Atq; alius latices pressis resupinus ab vuis
 Excipit, at potis saliens liquor ore resultat
 Spumeus, inq; humeros, & pectora diffluit humor.
 Omnia ludus habet cantusq; chorosq; licentis,
 Et Venerem iam vina mouent. Raptantur amantes
 Concubitu Satyri fugientis iungere Nymphas:
 Iam iamq; elapsas hic crine, hic veste retentat.
 Tum primus roseo Silenus cymbia musto
 Plena senex amide non aequis viribus hausit.
 Ex illo venas inflatus nectare dulci
 Hesternosq; grauis semper ridetur hyacco.
 Quin etiam deus ille, deus Ioue natus ab ipso,
 Et plantis vuas premit, & de vntibus hastas
 Ingerit, & lynci praeber cratera bibenti.
 Hac Pan Mœnalia pueros in valle docebat:
 Sparsas donec oueis campo conducere in vnum
 Nox iubet, vberibus suadens siccare fluorem
 Lactis, & in niueas astrictum cogere glebas.



COM.

39
 COMMENTARIUS

In Eclogam Tertiam.



ACCHVS inscribitur hæc Ecloga ab argu-
 mento.

Nyctilos, atq; Mycon] Non dissimile ha-
 bet exordium altera, quæ hanc consequitur,
 Ecloga; est autè imitatio ex Virgilij Sileno.

Torrentem patula] Torridam aestatem appel-
 lauit Maro. iam venit aestas. Torrida; & patulam sagum, ibi. Ti-
 tyre tu. patula recubans sub tegmine fagi Syluestrem tenui Musam
 meditaris auena. sic Papinius in Hercule Surrentino. patula
 defendimus arbore solem. sed torrens sol est, quem aßum vocauit
 Cicero; Plato τὸ θερρὸν, ni fallor: sic torridum aërem appellat
 Propertius, & torrentissimum axem Papinius.

Cum Pan] Sic etiam Theocritus. Ὀδύμις ὁ ποιητὴς τὸ μι-
 σαμβριὸν, ἔθεμις ἀμύνει Συρίαν. τὸν Πάνα δὲδοίκαμεν ἢ ἢ ἀπ' ἄλλου
 τὰν ἰκὸς κεκμηκὸς ἀμπανεται, οὐτὶν πικρὸς. vnde Virgilius sum-
 pfit, quod est in Sileno. Chromis, & Mnasyllus in antro Syle-
 num pueri somno videre iacentem; & reliqua: velim etiam inspi-
 ci principium fabulæ Aristæi cōmemorata à Virgil. 4. Georg.

Pendebat fistularamo] Teretem oliuam reperi apud Maronē.
 Incumbens tereti Damon sic cepit oliuæ: sed alibi ad mentem hu-
 ius nostri inquit. Hic arguta sacra pendebit fistula pinu: ad ver-
 ba sic. Solamenq; mali de collo fistula pendet.

Tanquam predam] Sumunt fistulam loco pignoris, quam
 pro pignore habeant, & ita Pana ad canendum adigant; cui
 sensui conueniret predam; sed nihil determino contra omni-
 um codicum, quos viderim, consensum.

Sed nec resonare canorum] Tale quippiam obseruauit apud
 Anacreontem Oda prima. in quibusdam libris legebatur ca-
 norem, & fuerat pro fuerat, quod sanè rectum arbitror: illam
 dictionem vsurpauit quoq; Lucretius. Paruus vt est cycni me-
 lior canor, ille gruum quàm clamor in athereis dispersus nubibus
 astri, sed & Maro dicens. namq; morantes Martius ille eris

rauci:

vauci canor increpat. habet autem analogiã a verbo *cano* exemplo illorum, *sudor, clamor, error, marcor, candor, albor, sonor, stridor, ardor*, atq; huius generis aliorum.

Malè sibila dissona] Supra Eclog. i. *nuper nam carmine victor Rixisti calamos, & dissona flamina Mopsi.*

Excussus] Plenè Virgilius. *Excussor somno.*

Stridentis auenæ] *Stridentem stipulam* appellat Maro, quod idem valet. *non tu in triujs indocte solebas Stridenti miserum stipula disperdere carmen.* Calphurn. *carmen inops, & acerba stridor auenæ:*

Iamq; videns] Somno excussus. Virg. *iamq; videnti Sanguineis frontem moris, & tempora pingit.*

Ipsè canam] Virgil. *Carmina quæ vultis cognoscite.*

Quas ego Mœnaly] Sub antris Mœnali montis Arcadiæ, qui Pani dicatus est. Virg. *Pan ouium custos, tua si tibi Mœnala cura.* quod autem ait *cicutas se cera coniungere*, antiquum Panis inuentum respicit, de quo Virgilius. *Pan primus calamos cera coniungere plures Instituit; Pan curat oues, ouiumq; magistros.* consule Achillem Statium libr. 8. De amore Clitophontis, & Leucippes, vbi modus, & occasio inueniendæ fistulæ traditur.

Ordine detexam] Nò persistit in metaphora semel suscepta, persisteret autem, si diceret. *Iamque ego Bacche tuos ortus, & flamina vitis;* quamquam *orsa* dicendum esset: excusabimus tamen licentiam aliorum poetarum exemplo, qui eam crebrò vsurparunt, veluti alicubi ostendimus in Assertionè pro nostris libris Locor. controuers.

Debemus carmina Baccho] Ex Marone, qui dixerit. *debentur carmina Phœbo.*

Montiuagus Pan] Οἰσοπόρος. Lucret. *Namq; canes vt montiuagæ persèpè ferai Naribus inueniunt intactas fronde quietes. & pabula læta Montiuago generi possit præbere ferarum.* Catullus *nemoriuagum* vsurpauit in Galliamba. *Vbi cerua syluicultrix, vbi aper nemoriuagus?* de Pane vide Luciani Dialogum, qui ab hoc Deo inscribitur, vbi ipse & Mercurius loqui introducuntur.

Hederata fronte] Hedera coronatus; est enim hæc planta Baccho dicata, vel quia, vt canit Ouidius, *Nysiades Nymphæ puerum quærente nouerca, Hanc frondem cumis circumposuisse ferantur.* vel quia contra ebrietatem facere putatur; vel quia Cyllus puer vnus ex Bacchi comitibus cum Satyro quopiam saltans,

saltans, humi lætaliter afflictus est, & à Deo in hederam transformatus, quæ & *κισσός* Græcè nuncupatur, vnde & Baccho cognomen inditū. Homerus in altero ad Dionysium hymno. *Κισσοκόμῳ Διόνυσον ἐβίβραμον ἀρχαί' ἀπέθε.* Tibull. *Sed varij flores, & frons redimita corymbis.* Propert. *Cædida laxatis onerato colla corymbis:* vterq; de Baccho loquitur: sic etiam reperias apud Herodianum. *Ἀντίγονος δὲ, Διόνυσον πέντα μιμῶμιμος, καὶ κισσόν μὴ περιτιθεῖς τῇ κεφαλῇ ἀπὲρ καυσίας καὶ δειδμηματος Μακεδονικῆς, θυρόν δὲ ἀπὲρ σκῆπτρον φέρων.* sed & βοτρύχαιτῳ, & ἰσπλόκον cognominatum scimus: *corymbi* autem sunt hederæ racemi. Virg. *Diffusos hederæ vestit pallente corymbos.* de Baccho vide plura penes Macrobiū Saturn. lib. i. cap. 18.

Vitea ferta plicas] Nam & vitis quoq; eiusdem inuentum esse creditur, vnde *vitis consitor, & vitifator* nuncupatur. Ouid. *genialis consitor vna.* Accius. *O Dionyse pater optime vitifator Semele genitus Euie.* plura sunt huius Dei à vino ducta cognomina, quæ penes Orpheum, & Homerum in Hymnis reperias: Aelianus de Varia historia sic inquit. *Ὅτι τὸ πολυκαρπῆν αὐτοῦ ἀρχαῖοι ὀνόμαζον φλέγον. δέσιν τὸν Διόνυσον φλέγονα ἐκάλεσαν, καὶ περιστῆνῳ, καὶ σαφυλίτῳ, καὶ ὀμφακίτῳ, καὶ ἑτέρως ποσὶ διαφόρως.* ex nostris videndus est Ouidius initio quarto Metamor. ex Græcis Diodorus libro 3. sed & Gyraldum consulere præstiterit.

Palmite tiges] Hoc enim animal Baccho sacrauit antiquitas, itaq; ipsius Dei currus à tigribus duci fingitur, quoniam, vt scribit Fulgentius, omnis vinolentia feritati semper infestat; sed & panthera Baccho tribuitur, quæ & ipsa tigris est species, propterea quod animal sit calidissimum, & vt Bacche, saliant, lynces quoq; & pardi huic Deo sacri sunt. Horat. *Hæc te merentem, Bacche pater, tuæ Vexere tigres indocili iugum Collo trahentes.* Ouid. *Inq; capistratis tigribus alta sedet.* Seneca in Hyppolito. *Tigres pampinea cuspide territans.* Propert. *Lyncibus in calum vecta Ariadna tuis.* Ouid. *tu biuzgam prætis insignia frenis Colla premis lyncum.* vide tamen Philostratum in Iconibus: *ducis autem palmite*, id est vitea virga moderaris, vel vitis liquore mulces; tigris enim vinum maximè appetere dicitur.

Odorato perfusus colla capillo] Hesiodus eundem *χευτοκόμῳ* appellauit in Theogonia; sed hic noster expressius illius Dei mollitiem notat; molles enim & delicati comam vnguētis delibutam gerebant. Horat. *Cum quo morantem sepe diem mero*

fregi coronatus nitentes Malobathro Syrio capillos. talem autem pingi consueuisse Bacchum satis constat.

Vera Iouis proles] Quoniam Semele fulmine tacta Bacchus superuixerit, ut hoc non leui indicio Iouis filium se esse probauerit, præterquam quod in ipsius femore iustum dierum ad nascendum numerum est consequutus. notum est omnibus poetarum figmentum.

Post sidera cæli] Præter sydera, quæ assidue Iouè intuentur.

Sola Iouem Semele] Nam reliquæ mulieres, quæ à Ioue compressæ dicuntur, verum Iouis vultum nequaquam aspexerunt, Europa, inquam, Leda, Danae, Alcmena, & si quæ sunt aliæ, vni Semeli concessum fuit videre Iouem Iouis ora professum: fabula extat apud Ouidium Metam. 3. Higinum, Diodorum lib. 3. & 4. Apollodorum; alios: vide etiam Philostratum in Imaginibus.

Iusto produxit tempore] Cùm videlicet Semele abortum fecisset. Ouid. *Impfectus adhuc infans genitricis ab alio Eripitur, patrioq; tener, si credere dignum est, Insuitur femori, maternaq; tempora complet.* Theocritus λέωαις. Καὶροί μιν Δίνυσος, ὃν οὐ Δραχάω νιφόςστι, Ζῶς ὑπέτος μετόλας ἀθροισίδη βήνατο λυτὰς: hinc ἑραπίδωτῳ ipsum vocatum scimus. quid verò sub huius fabulæ inuolucro texerint veteres, docet Diodorus libro 2. vbi de India loquitur.

Vos etiam Nyse] Has Nymphas à Nyse Citheronis vertice dictas quidam volunt: Diodorus à Nyse felicitis Arabiæ vrbe deriuat: earum nomina feruntur hæc, Cisseis, Nyse, Erato, Eriphia, Bromie, Polyhymno, vel ex aliorum sententia hæc, Arline, Ambrosie, Bromie, Cisseis, Coronis: alij aliter scribunt; veluti Pherecides, & Hesiodus: Homerus altero in Bacchum hymno. Οὐ, loquitur de ipso Baccho, τρεῖσιν ἡνίκομαι νύμφαι παρὰ πατρός ἀνακτος Διξαμβύαι κάλποισσι, καὶ οὐ δυνέως ἀτίη παλόν Νύσης ἀ μάλοισ. Propert. *Indica Nyseis arma fugata choris.* dictus est autem Bacchus à Nymphis nutritus, quoniam aqua infusa vinum augeat, teste Athenæo lib. 11. Ouid. *Nysiales Nymphae puerum querente nouerca Hanc frondem cunis circumposuisse feruntur.*

Satyriq; procaces] In Venerem propensi, salaces, libidinosi, quod ipsum nomen arguit, dicuntur enim, ut quibusdam placet, ἀπὸ τῆς σαβῆς idest ab inflammata rei Venereæ cupiditate, vel à membro virili, vnde salax ille caprarius apud Theocritum

ocritum dicitur à Satyris, vel Panibus genus ducere. Εὐγ' ὁ νόρωπε φιλοῖφα, τότ' ἔχ' ἢ Σατυρτικοῖς Ἐγγύβου, ἢ Βαίεσι κακοχναμοῖσιν ὄρισθε. Bacchi comites numerantur à Strabone Σελιωῖ τε, καὶ Σάτυροι, καὶ Βακχῶν, Λιδαῖ τε, καὶ Θυαῖ, καὶ Μιμαλῶ λῶνδε, καὶ Ναιίδε, καὶ Νύμφαι, καὶ Τίτυροι προσαγορεύθησαν. Sed & Aeliani verba operæ precium fuerit adscribere, ut res tota melius cognoscatur, ait igitur ille Variæ Historiæ lib. 3. Ὅτι οἱ συγχωρόνται Διονύσος σάτυροι ἦσαν οἱ ὑπὸ εἰδῶν τίτυροι ὀνομαζόμενοι. ἔχον ἃ τὸ ὄνομα ἐκ τῶν πρετισμάτων, δις χάρσσει σάτυροι. σάτυροι δὲ ἀπὸ τῆ σισσηνέαι. σιλῶσι δὲ ἀπὸ τῆ σιλάωναι. τὸν δὲ σιλάον φῶρον λέγουσι μετὰ παιδῆς δυσσείεσ. & reliqua. Ouid. Metam. *tu bjugum pictis insignia frenis Colla premis lyncum: Baccha, Satyriq; sequuntur, Quiq; senex ferula titubantes ebruius artus Sustinet, & pando non fortiter hæret asello.* vide vniuersam Propertij Elegiam ad Bacchum libro 3. & Philostratum de Vita Apollonij lib. 6. cap. 14.

Sustinet vlnis] Fuit enim Sylenus alumnus, siue nutricius Bacchi, huius autem moris meminit Terentius. *Quem ego modò puerum tantillum in manibus gestavi meis?* Catullus ad Coloniæ. *nec sapit pueri instar bimulitremula patris dormientis in vlna.* Herodianus in Oratione Commodi de se, & Marco patre loquentis. φῶρον τὴ μὴ πολλαῖς νύπτιον ὄντα, ταῖς νυκτέρας εἰρήσει πίσει.

Motusq; quietem] Somnum inuitat cunæ, siue brachiorum crebra motatione, cuius quidem effectus causam reddit Alexander problematum auctor dicens iccirco id euenire, quia humores ita fusi cerebrum moueant; ipsius verba visum est adscribere. διὰ τὴ τῶ βρέφῳ αἱ τροφαὶ πρὸς ὑπνον τρεῖσσι κινέσιν αὐτό. πρὸς τὸ τῆς χυμῶν ὑπὸ τῆς κινήσεως χεομῆσε κι ἐν τὸν ἐγκέφαλο: τέλει μὲν τὸ τῆς πᾶσιν ἐκ ἀέχονταί. est autem pulchra ἀετιπῶσις in verbis Nemesiani, quamuis dictio *quietem* valeat hic somnum ipsum, ut apud Virgilium. *At Venus Ascanio placidam per m. m. bra quietem Irrigat. rufus. Placida laxarant membra quiete.*

Tremulis quassat crepitacula palmis] Martialis vocauit *sistra*. *Si quis plorator collo tibi vernula pendet, Hæc quatit tenera garvula sinistra manu.* Haud hinc abludunt, quæ leguntur apud Alexandrum problemate quopiam, dum quærit, cur infantes nutricis canticum audientes vagitum sistant, mox verò etiam dormiant; verba ipsa qui volet, habet vnde petere possit.

Aures astringit acutas] Fastigiatas, in acumen collectas; tales enim fuisse Satyrorum aures auctor est Lucianus in Deo-

rum Concilio appellans ipsas *ὄφθαλμοι*: quomodo accipiendum arbitror Horatianum illud. *Et aures Capripedum Satyrorum acutas*. Lucianus ait. *οἰδὲ σάτυροι ὄφθαλμοὶ ἴσταν, καὶ αὐτῶν φαλακροί*. quod posterius declarat illud alterum in nostro, *mutilum caput*, est enim *mutilum*, pilis carens: nam Sylenus quoque *φαλακρὸς καὶ πάλπιος* pingebatur: vel *mutilum* parte aliqua cornuum detruncata, comminutaque. Varro de Lingua Latina. *Similiter ut si quis viderit mutilum bouem, aut luscum hominem, claudicantem equum, negat in cornibus bouum, hominum, & equorum naturam similitudinis proportionem constare*. Columella. *Et idipsum aliter curatur mutilum, & raripilum, aliter cornutum, & setosum, quale est in Cilicia*. Horat. *O tua cornu Ni foret exalto frons* (inquit) *quid faceres, cum Sic mutilus minitaris*. Ouid. *Turpe pecus mutilum. leue autem mentum* vocat. ob pilorum raritatem. Porro ad vniuersum hunc locum intelligendum mirifice conducunt Callimachi versus ex hymno in Dianam, quocirca eos hic appingere libitum est. *Κόρα, σὺ δὲ προτέρω παρ', ἐτι τειπέτρης ἔδρα, ἔντ' ἰμοίον. Λιτῶ σὶ μὲ τ' ἀγκαλίδεσσιν φέρουσα, ἢ φάειε καλλιόνοτος ὁ πῶς ὀπίρησιν δόμῳ, Βρόντιω σὲ πικροταίῳ ἐφειλαμβύε χυλάτῳ Στήθεος ἐκ μεγάλας κασίνας ἰδραῖα χαίτης, Ὡλοφας δὲ βίβινφι*.

Et summas tenero] Talitrum exprimit, quod Pollux describit, his verbis. *τὸ δὲ σκαμβρίζον ἐστὶ τῶ μίση πῆχερος διακτύλω ὑπὸ τῆς μείονος ἀφειδῶτι, τὴν εἶνα παίον*. eius ludī meminit Suetonius in Tiberio: haud quaquam mihi displiceret si reponeretur *sumas* ἀντὶ τῆς *summas*: etenim hanc narium formam tribuit Syleno Lucianus eodem Dialogo. *ὁ δὲ* (inquit) *φαλακρὸς κέραν, σιμὸς τὴν εἶνα, ἐπὶ ὅκ τὰ ποσσὶ ὄχθρῳ*. veterem tamen scripturam non damno.

Tum uerunt tempora cornu] E cuius fronte cornua iam se promere incipiebāt. sic Horatius. *Cras donaberis hædo, Cui frons turgida cornibus, Primis, & Venerem, & prælia destinat*. Gratius de Venatione. *teneraque extrudens cornua fronte*. Claudianus de Raptu Proserpinæ. *Et paruo signantur tempora cornu*. Plures autem rationes à scriptoribus afferuntur, cur Baccho cornua sint tributa, nam vel eo corporis habitu Deum illum fingi volunt, quia Ammonis filius crederetur, cui nimirum cornua tribuerit antiquitas, aut quia primus boues iugo copulauerit, ut sit idem, qui Osyris; aut cornua audaciam denotant, quoniam quidem audaces efficiuntur, qui liberalius biberint: aut ad cornu referri debet, quo pro poculo vlos fu-

isse

isse veteres constat: aut aratri inuentionem denotat. videndū sunt Diodorus, Phornutus, Porphyrius, Athenæus, Nicandri Scholiastes, Philostratus, Eustachius, alij; ex nostris Gyraldus, & Natalis de Comitibus: hinc factum est, ut Bacchus modò *ταυρομορφος*, modò *κέρως*, modò *βροχίος*, modò *ταυροκέφαλος*, modò *ταυροπόος*, modò *ταυροκίτρος*, modò *βροχίος*, modò *δικός* vocatus fuerit. Horatius de Baccho loquēs. *Te vidit insons Cerberus aureo Cornu decorum*. Tibull. *Bacche veni, dulcisque tuis & cornibus uua Pendeat*. Propert. *Quod superest vitæ per te, & tua cornua uiuam, Virtutisque tuæ Bacche poeta serar*. Ouid. *Accedant capiti cornua, Bacchus erit*. Seneca in Hyppolito. *Ac mitra cobibens cornigerum caput*.

Tum primum lenes] Aliqui malunt *latas*; sed ego nihil mutuo, nam paulò post sequitur. *o Satyri maturos carpite fructus*. & est versus ad imitationem illius Virgiliani conformatus. *Heu malè tùm mites defendit pampinus uuas*.

Et dona Lyæi] Et hic malo *dona*, quomodo scriptum reperi in cunctis, quæ viderim, exemplaribus, quàm *poma*; ita enim loquitur Maro, ad cuius normam torum se fingit hic noster. *Tuis hic omnia plena Muneribus*. Loquitur autem de Baccho. *rursus. atqui non Mafica Bacchi Munera, non illis epula nocere reperta*. sic Aen. 8. *onerantque canistris Dona laborata Cerevis*. de cognomine Lenæi videndus est Diodorus libro 3.

Ignotos pueri] Sic etiam Tibullus. *Illi iucundos primum maturæ saporis. Expressa incultis uua dedit pedibus*.

Et portant calathis] Tale est Virgilianum illud. *Sub lucem exportant calathis*.

Concaua saxa super] Periphrasis lacus vinarij, cuius meminit non longè hinc. *Prorsus at ille lacu bibit*. Tibull. *Oblitus & musto feriet pede rusticus uuas, Dolia dum, magni deficiuntque lacus*. iam quod sequitur, *uindemia feruet*. sumptum est ex Virgilio. *spumat plenis uindemia labris*.

Collibus in summis] Vbi nimirum vites melius prouenire solent. Virg. denique *apertos Bacchus amat colles. & Liber pampineas inuidit collibus uuas. rursus. & quo Duceret apricis in collibus uua colorem*.

Rumpitur uua] Calph. *Vt nudus ruptas saliat calcatur in uuas*.

Purpureo spargantur p. m.] Gaudent enim qui uuas calcant, se mutuo pro luere, sed & simpliciter ab eo, quod est necesse, dixit Tibullus. *Oblitus & musto feriet pede rusticus uuas*. Propert.

per. *Dummodo purpureo spument mihi dolia musto; Et noua pressantes inquinet vna pedes.* vide etiam Aloisium Alamannum poetam Florétinum de Cultu agrorum. hinc Baccho factum cognomen Monychi *παρα τὸ μόνυγμα*. *mustum* autem *purpureum* vocat non absq; ratione. Athenæus. *Κλεισσοχος φησὶ τὸ μύσι ὕδατος ὕδατος καὶ τὸ γάλα λαδοῦν λεγέσθαι, ἵνον δὲ καὶ τὸν καὶ τὸ νικτὰρ ἰσχυρόν.* hinc etiam Propertius; *Dummodo purpureo spument mihi dolia musto, Et noua pressantes inquinet vna pedes.* contra Tibullus. *Pressaq; veloci candida musta pede.*

Lasciuâ chohors] Per appositionem; & est allusio ad ethymon; vnde Satyros etiam veluti Sathunos, quod sint in libidinem proni, appellatos opinantur, inquit Macrobius. vide superius.

Cantharon hic retinet] Cantharo Bacchum fuisse vsu tradit Plinius de Mario loquens. Virg. *Et grauis atrita pendebat cantharus ansa.*

Cornu bibit alter adumco] Dixi paulò superius veteres loco poculorum cornibus quandoque vsos fuisse, quod testatur Athenæus libro. 11. hinc verbum *κρατῆρα*, quod est vinum aquæ permiscere, & *κρατῆρα ἀπὸ τῆς κρατῆρος*. quasi *κρατῆρα*, dici voluit. Ambrosius libro de Elia, & ieiunio. *Per cornu etiam fluentia in fauces hominum vina decurrunt; & si quis respirauerit, commissum flagitium, soluta acies, loco motus habetur.* hinc tamen apud Nemesianum *cornu* significare potest buccinam, propterea quod statim præcesserit, *quod fors dedit, hoc capit vsus.*

Concauat ille manus] Quod expeditissimum est poculi genus, itaq; Diogenes ille Cynicus omnis ociosa, superuacaneaq; suppellectilis valdè abhorrens viso puero, qui è fonte cauis manibus aquam ad bibendum hauriebat, ligneum poculum, quod in pera gestabat, tâquâ instrumentum minime necessariû abiecit: nescio an huc respexerit Lucretius eo versu. *Et sedare sitim prius est, quàm pocula natum.* Propertius certè non aliò mentem direxit, cum cecinit. *Et caua suscepto flumine palma sat est.* Ouidius itè. *Nesciar erat manibus hausta duabus aqua.* quid sit autem *πὶ concauat ille manus*, docet id, quod statim sequitur, *palmasq; in pocula uertit*: est enim declaratio prioris sententiæ: hunc locum imitatus est Politianus in Rustico dicens. *Ille manu panda pronus bibit, alter ab i. si. Sugit mista lacu crepitantibus hausta labellis: Hic sua subpresum respinus in oracemum* *Exprimit, hic focij patulos irrorat hiatus, Irriguumq; mero*

mero sordet mentumq; sinusq;.

Crepitantibus haurit] Ostendit poeta hoc sermone nimiam Satyrorum in bibendo auuiditatem; tale quippiam innuit Iuuenalis illo carmine, de quo multus circumfertur sermo. *Si trulla inuerso crepitum dedit aurea fundo.*

Vocalia cymbia mergit] Non cõsentiunt codices in scriptura huius loci, nam sunt qui *vocalia cymbia* legant, alij *venalia*, nonnulli *vocalia cymbala* præferunt, quod rectum puto ob id, quod paulò antè præcessit. *sibi pocula quisq; Obuia corripuit, quod fors dedit, hoc capit vsus.* facit ad hunc locum quod scribit Clemens Alexandrinus Adhortatione ad Gentes, ibi. *ἐκ τυμπάνων ἔφασαν: ἐκ κυμβάλων ἔπον: ἐκ κρητῆρος: ὑπὸ τὸν παρὸν ὑπεδον. ταῦτα ἔχ' ὕβρις τὰ σύμβολα: ἔχ' ἄδου τὰ μυσήρια: τὶ δ' εἰ καὶ τὰ ἐπίλοιπα προδίδω.* Propertius *cymbala rauca* appellauit ab incondito ipsorum strepitu. *Fundet ad Ideos cymbala rauca choros.* Cornelius Gallus, si modò is est Cornelius Gallus, ait. *Hic ego per totum vidi splendentia corpus Cymbala multiplices edere pulsa sonos.* Catullus gentis huius instrumeta refert hæc. *Plangebant alij proceris tympana palmis, Aut tereti tenues tinnitus ære ciebant, Multaq; raucisonos efflabant cornua bombos, Barbaraq; horribili stridebat tibia cantu.*

Omnia ludus habet] Vini largior potus hæc omnia parit; Virgilius dixit. *hilarans conuiuia Baccho:* notissimi sunt Ouidij versus in hanc sententiam.

Et Venerem iam vina mouent] Euripides ait. *Οὐδὲ δὲ μὴ παρόντας ἔκ' ἐπὶ κύπρις.* apud Athenæum *δειπνοσοφ.* lib. 6. hoc spectatur epigramma. *Ἐν τῇ κορῇ ἢ κατὰ τῶν καλῶν ὄψεως ὄνκ' ἐπὶ πινώσιν ἢ ἢ κύπρις πικρα.* mox versus hic citatur. *Ἐν πλισμογῶντι κύπρις, οὐ πινώσιν δ' ἔ:* sed & epigramma hoc adscripsisse non fuerit inutile. *Ἐν πλισμογῶντι ἢ κύπρις, οὐ δὲ τῆς καλῆς φαρμάκωσιν ἔκ' ἐνέσιν ἀφροδίτη βροντοῖς:* in Græcorû collectaneis hoc legitur carmen. *Νεκρὸν ἀφροδίτη δωνύσος δίχρα καὶ δῆμιθε.* vnde haufit Terentius sententiam à se in Eunucho positam. *Verbum hercle, hoc verum est, sine Cerere, & Baccho friget Venus.* Aristophanes citante Athenæo vinum *ἀφροδίτης γάλα* nominat, q; eo libido alatur.

Fugientes iungere Nymphas] Eas enim assidue persequi finguntur, quod Diana conqueritur apud Papinium: de Fauno dictum est ab Horatio. *Faune Nympharum fugientium amator.* & reliqua.

Iam iamque elapsas] Elabi cupientes: sic dixit Propertius *subri-*

subripuisse p subripere voluisse. Cognitus Iphicli subripuisse boues.

Roseo Sylenus cymbia musto] Superius appellauit purpureū. de Sylenis quippiam reperias apud Senecam Oedipo: sed & Diodorum adire potes libro 3.

Non aq̄uis viribus] Vel impar ad poculum sustollendum: vel non ferente stomacho tantam vini copiam: eandem locutionem reperias apud Maronem. nec viribus aq̄uis Nube caua eripui. rursus alibi. vt propius cernunt non viribus aq̄uis. at lib. 10. dixit. si qua fors adiuuat ausum Viribus imparibus. contra eod. libro. magno discors aethere ventis Prælia cūm tollunt animis, & viribus aq̄uis. rursus ibidem. Agmina concurrunt dūcibusq; & viribus aq̄uis.

Nectare dulci] Sic appellat modò vinum preciosum.

Hesternog; grauis] Manifestò de Virgilio sumptum dicente. Inflatum hesternò venas, vt semper, Iaccho. talis autem fingit Sylenus ab Euripide in Cyclope: vide Pausaniā in Atticis.

Deus ille, Deus] Repetitio hæc emphasim auget: tale est Lucretianum illud. deus ille fuit, deus inclite Memmi. necnon illud Maronis. Deus, ecce Deus. Bacchus inuocatur ab eodem poëta Georg. 2. vt nudatis cruribus lacum vinarium ipse quoq; ingrediatur, vnàq; vuas calcet; non ergo turpe fuit huic Deo huiusmodi studio vacare: Virgilij versus apposui. Hūc puer ò Lenæ veni, nudataq; musto Tinge nouo mecum direptis crura eothurnis.

De vitibus hastas] Thyrsi περιπρωσι, qua Virgilius quoque vsus fuit dicens. Pampineasq; gerunt incinctæ pellibus hastas. neq; aliter Stadius. Pampineamq; quatit ventosis itibus hastas. sic etiam propemodum Catullus. Horum pars tecta quatitbas cuspide thyrsos. Propert. Et medius tecta cuspide Bacchus erit. alibi ait. Hæc hederas legit in thyrsos. fuit autem thyrsus Bacchi telum. Horat. Enoe parce liber, Parce graui metuenda thyrsos. vide epigramma quoddam inter Iulus Priapi: nec etiam Macrobius omiseris Saturn. lib. 1. cap. 19. Sed & Phornurū consulere poteris, item Diodorum libro 3. in quibusdam Nemesiani codicibus erat legere haustus pro hastas: verumtamen Papinius ita loquitur. & sauas miserantibus ingerit hastas.

Et Lynce] Quod est alterum animal Baccho consecratum, nam superius tigris meminit poëta: sic Virgilius. Quid lynces Bacchi varie: hoc animal vinum appetere dicitur.

Sparsas donec oues] Palantes: huic affine est, quod legitur apud

apud Maronem. Legere donec oues stabulis, numerumq; referre Iussit, & inuito processit vesper Olympo.

Vberibus suadens] Bis die pecus mulgere solēt pastores per ætatem; quare munus suum verbis adornare volens caprarius ille apud Theocritum inquit. Ἄρα δὲ τοι φασὶν διδυματόκων ἱς τρεῖς ἀνιλεῖται, Ἀδὲ ἔχουσ' ὄφις ποταμὸν ἔχειται ἰς δὲ πὲρ ἄστ. quem locum Virgilius ad vitulam transtulit: tempus verò pecoris ad mulctram admouendi erat paulò post ortum, paulòq; post occasum; nam eo medium cœli spatium obtinente id facere non erat cautio. Virg. Cogite oues pueri; si lac præceperit æstus, Vt nuper, frustra pressabimus vbera palmis. vtriusq; commodi temporis meminit idem poëta. Quod surgente die mulgere, horisque diurnis, Noctē premunt, quod iam tenebris, & sole cadente Sub lucem exportant calathis. necnon Calphurnius. At, si forte rases, dum matutina relaxet Frigora, sol tumidis spumēt tibi mulctra papillis. cetera sunt in promptu: de tempore, & hora mulgendi pecoris extat etiam nonnihil apud Varronem, Columellam, reliquos.

Cogere glebas] Caseos conformate: astringere est lac coagulo densare, quod lacteus fici humor præter cetera præstare solet, auctore Plinio, apud quem multa etiam ad hanc rem legere potes: nec pauciora reperias apud Columellam. lib. 7. cap. 8. vbi casei faciendi rationem pluribus docet, quod præstat etiam Varro lib. 2. Rei rusticæ cap. 18. hic autem & de coagulo intelligit poëta, & de ratione casei astringendi, manuq; comprimendi, densatur enim manibus, vt sit diuturnior, faciliusq; ætatem ferat, qua ratione verbum premere, & ab eo deriuatum pressum per se pè vsurpari comperi. Virgil. Pinguis, & ingrata premeretur caseus urbi. rursus. sunt nobis mitia poma, Castanea molles, & pressi copia lactis. idem. horisque diurnis, Noctē premunt. sic de melle. & spumantia cogere pressis Mella fauis. quod tamen exprimere valere crediderim. Calphurn. rursusq; premetur Mane, quod occidue mulsura redegerit hora. quos duos locos iterum modò produxi.



E C L O G A III.

Interlocutores.

MOPSVS, ET LYCIDAS.



OPVLEA Lycidas, nec non & Mopsus in umbra
Pastores, calamis, ac versu doctus:
uterque.

Nec triuiale sonans proprios cantabat amores.
Nam Mopsus Meroë; Lycida crinitus Iolas.
Ignis erat: parilisq; furor de dispare sexu.
Cogebat trepidos totis discurrere syluis:
Inq; vicem dulces cantu dixere querelas.
Hos puer, ac Meroë multum lusere furentis:
Dum modò condietas vitant in vallibus vlnos,
Nunc fagos placitas fugiunt, promissaq; fallunt.
Antra, nec est animus solitos alludere fontis.
Tum tandem fessi, quos lusus ederat ignis,
Sic sua desertis nudarunt vulnera syluis,
Inq; vicem dulces cantu dixere querelas.

MOP. Immitis Meroë, rapidisq; fugacior Euris,
Cur nostros calamos, & pastoralia vitas.
Carmina? quemve fugis? quæ me tibi gloria victo?
Quid vultu me tem premis: ac spem fronte serenans,
Tandem dura negas? Non possum nolle negantem.
Cantet, amat quod quisq; leuant & carmina curas.

LYC. Respice me tandem puer ò crudelis Iola.
Non hoc semper eris. perdunt & gramina flores:
Perdit spina rosas: nec semper lilia cadent:
Nec longum tenet vna comas, nec populus umbras:
Donum forma breue est, nec se tibi commodat annis.
Cantet, amat quod quisq; leuant & carmina curas.

MOP. Cerua marem sequitur, taurum formosa iuuenta:
E Venerem sensere lupa, sensere leena,

Et, genus:

Roberti Titij Comment. 51

Et, genus aereum, volucres, & squammea turba,
Et montes, syluaq;: suos habet arbor amores:
Tu tamen vna fugis: miserum tu perdis amantem.
Cantet, amat quod quisq; leuant & carmina curas.

LYC. Omnia tempus alit, tempus rapit: vsus in arcto est.
Ver erat: & vitulos vidi sub matribus istos;
Qui nunc pro niuea coiere in cornua vacca.
Et tibi iam tumida nares, iam fortia colla:
Iam tibi bis denis numerantur mensibus anni.
Cantet, amat quod quisq; leuant & carmina curas.

MOP. Huc Meroe formosa veni. vocat astus in umbram.
Iam pecudes subiere nemus: non vlla canoro
Gutturæ cantat auis: torto non squammea tractu
Signat humu serpens: solus cano me sonat omnis
Sylua: nec astiuis cantu concedo cicadis.
Cantet, amat quod quisq; leuant & carmina curas.

LYC. Tu quoq; sene puer niueum ne perde colorem
Sole sub hoc: solet hic lucentes vrere malas.
Hic age pampinea mecum requiesce sub umbra;
Hic tibi lene fluens fons murmurat. hic & ab vlnis
Purpureæ færis dependent vitibus vna.
Cantet, amat quod quisq; leuant & carmina curas.

MOP. Qui tulerit Meroes fastidia longa superbae:
Sithonias feret ille niues, Libycosq; calores:
Nerines potabit aquas: taxiq; nocentis
Non metuet succos: Sardorum vtramina vincet:
Et sua Marmaricos coget iuga ferre leones.
Cantet, amat quod quisq; leuant & carmina curas.

LYC. Quisquis amat pueros, ferro prae cordia duret:
Nil properet, discatq; diu patienter amare,
Prudentesq; animos teneris non spernat in annis.
Perferat & fastus: sic olim gaudia sumet:
Si modò sollicitos aliquis deus audit amantes.
Cantet, amat quod quisq; leuant & carmina curas.

MOP. Quid prodest, quod me pagani mater Aminta
Ter vitis, ter fronde sacra, ter thure vapore

G 2 Lustrauit,

52 In Bucolica Nemesiani.

Lustravit, cineresq; aversa effudit in amnem,
Incendens vino crepitantes sulfure lauros,
Cum sic in Meroen totis miser ignibus arsi.
Cantet, amat quod quisq; leuanti & carmina cur.

LYC. Hæc eadem, nobis quæ versicoloria fila,
Et mille ignotas Mychale circumtulit artes,
Cantauit, quod luna timet, quo rumpitur anguis;
Quo currunt scopuli: migrant sata: vellitur arbor.
Plus tamen ecce meus, plus est formosus Iolas.
Cantat, amat quod quisq; leuanti & carmina curas.

COMMENTARIUS
In Eclogam Quartam.



ROS hoc est Amatorius, siue Amor titulus est huic Eclogæ in illis ipsis exemplaribus, de quibus superius memini.

Populea Lycidas] Non aliter Maro. Quæ populea mærens Philomela sub umbra. vide quæ supra adnotauimus ad Eclogam primam.

Calamis] Sic est apud Theocritum. Ἄμφω

σὺν δὲ δεικνύω ἀμφὸς αὐτῶν.

Nec triuiale sonans] Nec ita canens, vt indocti quidam, & rudes in triuijs apud ignobilem plebeculam facere consueuerunt. Virg. non tu in triuijs indocte solebas Stridenti miserum stipula disperdere carmen. est enim triuiale, quod ad triuia pertinet, sumiturq; pro re vili, nulliusq; precij. Iuuenal. Communi feriat carmen triuiale moneta. Calphurn. non hoc triuiali more viator. Sed Deus ipse canit. Suetonius in Augusto. triuales ex circuludius interponebat. hoc est rudes, & imperitos. Aristides in sermone περὶ τῆς παραφροσύνης. ὅτις ἐκ τῶν τριῶν παραφροσύνης ἔχει δὲ καὶ οἱ ταῦτα.

Ignis erat] Amatores quos amant ignes suos appellare interdum consueuerunt: poëta certè ita loquuntur. Virgil. At
mibi

Roberti Titij Comment.

mibi sese offert vltro meus ignis. Amatas. amor enim ipse ignis, & igneus nuncupatur. τὸ πῦρ (inquit Xenophon) ἔστ' ἀταμίσιος καὶ ἐμόνον. οἱ δὲ καλοὶ καὶ τὸς μακρὰν ἐσθίαιε ὑπὸ τῶν ἰσθίων. ἢ ὅτι καὶ τὸ πῦρ ἐστὶν. scire autem oportet, non fuisse turpe apud antiquos puerorum amoribus indulgere, hinc Alcaei, Anacreontis, Horatij, Catulli, Virgilij, multorumq; insuper aliorum amores celebrantur. Propert. Hostis si quis erit nobis, amet ipse puellas. Gaudeat in puero, si quis amicus erit. suauissimum extat Catulli epigramma de Cælio, & Quintio, vbi Cælij amoris præcipuè fauet poëta, qui Auphilenum puerum deperibat. videndus autem est ad hanc rem Plutarchi Amatorius, & Luciani Disputatio sub Callicratidis persona ingeniosè magis, quàm verè cum Charicla habita; sed & Plato quoque non nihil attigit de hac re.

Inq; vicem] Hunc versum tamquam supposititium, & ex proximo perperam inculcatum deleri iubeo.

Lusere furentes] Decepere, & promissorum vanitate duxere.

Dum modò conditas] Ecce quomodo amantibus illuserint.

Quid. adoptaq; vultu Peruenit ad tumultum, dictaq; sub arbore sedit.

Nunc fagos placitas] Sic malo, quàm placidas, vt erat in quibusdam libris, significat enim fagos, sub quibus ex condito conuenire debebant, & sic placuerat, vt sub illis conueniretur. Virg. placitone etiam pugnabis amori?

Alludere fontes] Pro ludere ad fontes notissima figura.

Quos lusur ederat ignis] Fortè reponendum est adederat, id est ignis deceptos corroserat, & iam fermè consumpserat.

Desertis nudarunt vulnera syluis] Consolatio est impotenter amantium querelas suas montibus, & syluis exponere, quod Virgilius inane studium vocat. Tantum inter densas umbrosa cacumina sylvas Assidue veniebat; ibi hæc incondita solus Montibus, & syluis studio iactabat inani. Athenæus ex Theognete poëta comico hos versus citat. Περισοφικὰς γὰρ τε κέραια λαλῶν. Οἷς ἔδεν ἐπὶ ἐπιμελὲς τῶν σῶν λόγων. vide Propertij Elegiam, cuius initium. Hæc certè deserta loca. & Heliodorum in Aethiopicis: sed insignè testimonium reperias apud Plautum Mercatore in Charini adolescentis ore positum ibi; Non ego idem facio, vt alios in Comædijs Amantes vidi facere: qui aut nocti, aut die, Aut soli, aut Lunæ miseras narrant suas, Quas pol ego credo humanis querimonij Non tanti facere, quid velint, aut quid non velint. Cicero quæst. 3. Tusculana hos ex Euripide versus profert à se Latinos.

latinos factos. *Cupido cepit miseram nunc me proloqui* Cælo, atque terra Medæa miserias; plura etiam exempla extant apud nostros poetas, Petrarcam, inquam, Tassium, Areostū, alios, quos poteris consulere: sed interim hæc sufficiant.

Inque vicem] Vicissim, vel alternatim. Horat. *Nos cantabimus inuicem Neptunum, & virides Nereidum comas.* ad sensum inquit Maro. *Alternis dicetis, amant alterna camæna.* alicubi scriptum fuit *Inque vices*, ut dicitur *per vices*. res leuis, non infesto.

Rapidisq; fugacior Euris] Mirificam celeritatem significat. Virg. *fugit ilicet ocior Euro.* iterum. *fugit ocior Euro.*

Quæ me tibi gloria victo?] Interrogatio, quæ resoluitur in negationem.

Quid vultu mentem premis] Recta scriptura, & est similis sententia Maronis. *Spem vultu simulat, premit altum corde dolorem.* quidam sinistri correctores fecerunt *veniens ex mente nulla sententia*, atq; omninò perperam, meo iudicio.

Tandem dura negas] Postquam multum, diùq; tergiuersata es; in hoc autem *dura*, quia negas: diximus supra. *duri clausere parentes.* cæterum subest reconditus sensus verbo *negare*. Tibull. *Sed ne te capiant primò, si fortè negabit, Tædia.* Martial. *non dat non tamen illa negat.* Ausonius. *Patri negau iam tuo.* non expedit huius verbi notionem pudicis adolecètib; planius explicare.

Cantet, amet quod quisq;] Cantum ad tædium minuendum, quod ex amore percipitur plurimum valere docet Plutarchus in *Quæstion.* Conuiu. vnde rectè dictū est à Theocrito. *Ο δὲ πῶτον ἔρωτα περὶ φέρμακον ἀλλο Νικία, ἔτ' ἐγ' ἔρωτα, ἔμοι δὲ κέ, οὐτ' ἐπιπείσειν ἢ πᾶσι πείσει.* hic noster *Eclo. 2. Tūm verò ardentes flammæ pectoris estus* Carminibus dulcique parant releuare querela. Horat. *minuuntur atræ Carmine cura.* Hetruscus lyricen. *Perche cantando il duol si disacerba.* neq; hinc abludit, quod est apud Maronē. *Interea longū cantu solata laborem:* neq; nō illud. *Ipsæ canna solans ægrum testudine amorem.* vtriusq; enim rei eadem est ratio, quam penes Alexandrum in *Problematis* notatam reperias. hoc argumentum fusius profequitur Hesiodus in *Theogonia*, quem consulere poteris: est autem hic versus intercalaris, qui aliquot alijs interiectis identidem repetitur. Græci vocant *πρόετομα* καὶ *ἐπιμέλοσθμα*, quemadmodum testatur Scholiastes Theocriti; talis est Virgilianus ille. *Ducite ab vrbe domum*

domum mea carmina, ducite Daphnim. plures etiam huius generis reperias apud Theocritum non vno in loco.

Perdunt, & gramina flores] Hic locus totus est ex Theocrito. *Καὶ τὸ ῥόδον καλὸν ἐστὶ, καὶ ὁ χρόνος αὐτὸ μαρμαίρει. Καὶ τὸ ἴον καλὸν ἐστὶν ἐν ἑσπερί: καὶ παρὰ χεῖ μῆρα. Δουκὸν τὸ κρίνον ἐστὶ, μαρμαίρειται αὐτὴ πῖπτε. Ἀλλ' ἔχων λουκὰ καὶ τίκτεται αὐτὴ παρὰ χεῖ καὶ κάρδος κακὸν ἐστὶ τὸ παρὰ χεῖ ὄλιγον ἔσθ.* multa extant veterum poetarum testimonia in hanc sententiam, quæ non est libitum hîc adscribere fatietatis vitandæ gratia, cum Theocriti carminibus res abundè percipi possit.

Nec longum tenet viuma comas] *Viam* dixit, cum vitem intel ligat; vitis ergò non diù folijs ornata permanet, hæc enim arborum comæ appellantur. Horat. *Diffugere niues, redeunt iam gramina campis, Arboribusq; comæ.* Calphurn. *graciles vbi pinea densat Sylua comas.*

Donum forma breue est] Posuit hanc sententiam Isocrates quoque in *Parenesi* ad *Demonicum* his verbis. *καλὸς μὲν ἔσθ' ἡ χροῖος ἀέλιος, ἡ νόσος ἰμάρωναι.* sed & Iuncus de *Senectute* referente *Stobæo*. *Ouidius* sic. *Forma bonum fragile est, quantumq; accedit ad annos, Fit minor, & spatio carpitur illa suo.* Propert. *Nec forma æternum, aut cuiq; est fortuna perennis.* appellauit autem *formam donum* Horatij exemplo, cuius illud est. *O crudelis adhuc, & Veneris muneribus potens.*

Cerua marem sequitur] Argumentum ab inductione, ut vocant; hoc simili vtitur etiam *Ouidius* in re gemina. *Cerua marem sequitur, serpens serpente tenetur:* Hæret adulterio cum cane nexu canis. & in *Factis.* *Cum pare quoq; suo coeunt volucresq; feræq;* Atq; aliquam, de qua procreet anguis, habet.

Et genus acreum] *Luculentum* extat hac ipsa de re *Lucretij* testimonium, dum ait. *Æræ primùm volucres te, Dea, tuumque Significat intū percussæ corda tua vi: Inde feræ pecudes persuliāt pabula leta:* & reliqua. *Aristotel.* de *Historia anim.* lib. 6. scribit animalia ferè cuncta propensiora esse ad coitū verno tēpore.

Squammea turba] *Pisces;* *Lucret.* *Cedere squamigeris latices nitentibus.* aut etiam serpentes. *Virgil.* *Est etiam ille malus Calabris in saltibus anguis Squammea conuoluens sublato pectore terga.* hic noster non multo infra. *torto non squammea tractu Signat humum serpens.* sed modò pisces intelligemus, cum statim sequatur. *Et montes, syluaq;* quibus verbis angues significari nihil prohibet.

Suos habet arbor amores] Videnda in primis sunt, quæ de palmis scripta reliquit Plinius lib. 13. capit. 4. qui de aliarum etiam arborum inter se amicitia, mutuoq; affectu passim è renata plura commemorat: Ioannembaptistam Portam etiã adire præfiterit in libris, quibus titulum fecit Phytiognomoniam.

Omnia tempus alit] Sic fermè Virgilius. Omnia fert ætas, animum quoq;. Plato quodam disticho. Αἰὼν πάντα φέρει. Δολιχὸς χρόνος οἴδεν ἀμείβων Ὀλοομένα, καὶ μέρων, καὶ φύσιν, ἠδὲ τὸ χλω.

Vsus in arcto est.] Præceptum est occasio, & quæ semel elapsa, nunquam reuertitur: notum est Aufonij epigramma in hanc sententiam: vel exiguum temporis spatium relinquatur ad res vtendas. Ouid. Vtendum est ætate, cito pede labitur ætas; Nec bona, tam sequitur; quàm bona prima fuit.

Qui nunc pro niuea] Hic portentosa est eruditi hominis interpretatio, inquit enim, coiere in cornua, id est tauri facti sunt cornibus coactis, quod signum est ætatis virilis, dicuntur enim coire cornua in tauro, quoniam in se reflectuntur. mihi sententia planissima videtur, si accipiatur ea mente, qua dictum fuit à Marone. nec nemorum patitur meminisse, nec verba, Dulcibus illa quidem illecebris, & sæpè superbos Cornibus inter se subigit decernere amantes, Pascitur in magna sylua formosa iuuenca: Illi alternantes multa vi pralia miscent Vulneribus crebris, lauit ater cornua sanguis; Versaq; in obnixos vrgentur cornua vasto Cum gemitu. & pinguesq; in gramine lato Inter se aduersis luctantur cornibus hædi. quod ferè sumptum videri potest ab Aristotele libro 6. de Historia animalium; cuius hæc sunt verba. ἀσπίτως δὲ καὶ οἱ ταῦροι καὶ οἱ κριοὶ καὶ οἱ τετραπόδα. πρὸ τέρων ὅντων σπυρομοὶ ἐκαστοὶ, πρὸς τὰς κωρὰς τῆς ὀχέας μάχωνται διίστησθαι πρὸς ἄλληλας. vidēda autem sunt quæ paulò antè hæc verba illic leguntur.

Tam fortiora colla] Translationem puellæ accomodat Horatius. Nondum subacta ferre iugum valet Ceruice; nondum munia comparis Aequare, nec tauri ruentis In Venerem tolerare pondus. collum robustum notauit Catullus dicens. Hesternum collum poterit circumdare filo: quem ego tamen locum aliter, quàm cæteri hætenus fecerint, soleo interpretari.

Numerantur mensibus anni] Diximus supra.

Vocat æstus in umbra] Aestiuo tempore commodissimū est sub alicuius arboris umbra ad solis ardorem depellendū quiescere. Virg. Ante focum, si frigus erit, si mensis in umbra.

Pecudes subiere nemus] Persius sic. patula pecus cæ sub ulmo est.

Non

Non vlla canoro] Cicadæ, non aues medio diei æstu canere solent.

Torto non squammea tractu] Non dubium, quin ex Virgilio sumptum sit, ille enim sic ait. Nunc etiam pecudes umbras, & frigora captant; Nunc virides etiam occultant spineta lacertos. Theocr. Ἀνίκα δὴ καὶ σάβρος ἐρ' ἀμειβόμενοι καλοῦσθαι. tortum verò tractum dixit, quomodo Horatius. Rumpat & serpens iter institutum, Si per obliquum similis sagittæ Terruit mannos.

Me sonat omnis Sylua] Sic Ecl. 1. Te nunc rura sonant. cæterum quod de cicadis subijcit, quamquam ad canendi diuturnitate referri potest, de suauitate tamen accipere malo; namque & hinc quoq; cicada laus non mediocri accessit dicente Theocrito. Ὅτι νικασθὲν τὴν πλατῖον, ὡς τὸ πεποιθεῖς, Σάββ' βομβῶν πηλῖος ὀκρυπτιῶν. rursus. πηλῖος ἀφ' ἧς τὴν φαστῆρος ἀδει. Homerus. ἀλλ' ἀγορεύει Εὐδοκί, πηλῖος σπιν εὐκρίτης, οἴτι καὶ ὄλλω Διδάσκω ἐφ' ἔμβροιο ὅπου κεριδέσασιν ἴσσι. sed de Platone illustri philosopho hoc Timonis carmen refertur à Laertio, & Hesychio cognomento Illustrio. Τὸν πάντων δ' ἡγεῖτο πλατῶνατος, ἀλλ' ἀγορεύει Εὐδοκί πηλῖον ἰσογέρφος ἐὶς' ἐκείνην. Διδάσκω ἀφ' ἔμβροιο ὅπου κεριδέσασιν ἴσσι. consule præterea Anacreontem pulcherrima illa Oda, cuius initium. Μακροκρίσσοι σε τίθει. necnō Philostratum de vitâ Apollonij lib. 7. cap. 5. notissima est fabula de Eunomo cytharædo, cuius meminit, præter cæteros; Clemens Alexandrinus in principio Orationis ad Græcos; & Strabo lib. 6. Callandra penes Lycophronem τὴν φοιβόληπτον χελιδόνα se uocat.

Niueum ne perde colorem] Hunc sensum ita expressit Virg. Quamuis ille niger, quamuis in candidus esses: O formose puer nimum ne crede colori: Alba lignustra cadunt, vacinia nigra leguntur. hac de re vide Alexandrum in Problematis.

Lucentes uere malas] Nitidas; ita fermè Horatius. Tibite las, operosaq; Minervæ Studium aufert Neobule, Liparei nitor Hebræi. & Me Glycere nitor urit.

Hic & ab ulmis] Quibus nimirum vites maritari solent. Virg. Quid faciat letas segetes, quo sidere terram Vertere Meccenas, ulmisq; adiungere vites Conueniat. & Semiputata tibi formosa vitis in ulmo est. quomodo & populis. Horat. Ergo aut adulta vitium propagine Altas maritat populos. & Pomifne, an pratis, an amicta vitibus ulmo. Catull. At si fortè eadem (vitis) est ulmo coniuncta marito. hinc uidue tum arbores, tum vites dicuntur, quæ nullo adminiculo sustentuntur, quæq; vitibus

H

carent.

earent. Horat. *Et uitem uiduas ducit ad arbores. item. platanusq; cælebs. Euincet ulmos.* Catull. *Vt uidua in nudo uitis, quæ nascitur aruo.* Numquam se extollit, numquam mitem educat unam. *Meroe fastidia*] Fastum, superbiam, arrogantiam, & contemptum. Virgil. *Atq; superba pati fastidia.* Tibull. *Oderunt Pholoos (moneo) fastidia diui.*

Sythonia feret ille niues.] A negatione eius, quod consequitur, quasi dicat *ἄνευ τῆς* esse Thraciæ frigora, & Libiæ æstus perferre. Horat. *Memphim carentem Sythonia niue.* item, *& niue candidam Tracem.* rursus, *carens Sythonia niue.* sed idem per commodè vtramq; plagam describit. *Pone me pigris vbi nulla campis. Arbor æstiuæ recreatur aura; Quod latus mundi nebula, malusq; Iupiter urget.* *Pone sub currum nimium propinqui Solis, in terra domibus negati;* quem locum fuit imitatus Franciscus Petrarca quadam Ode: Catullus alicubi *Lybiam totam* vocat.

Nerines potabit aquas.] Filia Nerei, hoc est Galathea, per quam mare ipsum intelligit, cuius aqua potui amarissima est. Virg. *Nerine Galathæa thymo mihi dulcior Hyblæ.*

Taxiq; nocent s.] De hac arbore supra non nihil attigimus; plura in super dicit possent, quæ cōsultò à me prætermittuntur.

Sardorum gr. mina vincet.] Sardoæ herbæ malignitatem superabit, nec quodlibet presentissimum venenum haurire dubitabit: de herba Sardoæ meminit Virgilius. *Imò ego Sardois; videar tibi amarior herbis.*

Et sua Marmaricos.] Marcum Antonium illum triumviri curru leones iunxisse traditum est, quod insolens factum Cicero vehementer infectatur: ad epithetum profero Senecæ testimonium hoc in Hercule in Oeta. *Iuxtaq; impavidum pecus; Sedit Marmaricus leo.* rursus Agamemnone. *Marmaricus leo. Morsus cruentos passus audacis leæ.* ab Africæ regione leonum feracissima; sic etiam Getulū leonem dixit Plautus Menachmis. *Vt ego hunc proteram leonem Getulum olentem, edentulum.* Philostratus de vita Apollonij.

Ferro præcordia durent.] Ad tolerantiam se comparent, Herod. *ἡ δὲ ἀδελφὴ τῆς ἑχῆς κερτρεῖται καὶ θυμὸν.* Tibull. *Flebis, non tua sunt duro præcordia ferro.* *Vincta, nec in tenero stat tibi corde flix.*

Discatq; diu patienter amare.] Sævitiā amasij diu perferre affuescat. Tibull. *Sed ne te capiant primò, si forte negabit.* *Tædia, paulatim sub iuga colla dabit.*

Perferet

Perferet, & fastus] Qui formosorum proprius est, vnde ait Catullus. *Dum tibi me purgo, nec possum sletibus vllis Tantillum vestra demere sæuitia.* facit huc autem Maronianum illud. *Nonne fuit satius tristes Amaryllidis iras, Atq; superba pati fastidia? nonne Menalcam?*

Si modò sollicitos] Appellat amantes sollicitos, quoniam dixerit Ovidius. *Res est solliciti plena timoris amor.* quam eadem sententiam posuit Heliodorus in libris Aethiopicorum: idem sibi voluit Maro, cum cecinit. *Omnia tuta timens.* Loquebatur autem de Didone Aeneæ amore insaniente; quem tamen locum perperam quidam interpretati sunt.

Ter vittis] Virgil. *Effer aquam, & molli cinge hæc altaria vitta.* de numero ternario plura scribit Macrobius ad somniū Scipionis. Virgilius sic. *Terna tibi hæc primùm triplici diuersa colore Licia circumdo, terq; hæc altaria circum Effigiem duco, numero Deus impare gaudet.* & in Ciri. *Terq; nouena ligat triplici diuersa colore Filia; ter in gremium mecum, inquit, despue virgo, Despue ter virgo, numero Deus impare gaudet.* Tibull. *Ter cane, ter dictis expue carminibus.* Theocrit. *Ἐς τρεῖς ἀποπρωδεῶ, καὶ τρεῖς τὰ δὲ πότνια φωνῶ.* consule Aristotelem libro 1. de Cælo.

Fronde sacra] Verbena scilicet. Virg. *Verbenasq; adole pingues, & mascula thura.* vel ramo alicuius alterius arboris hæc sacrificijs adhiberi solitæ. Theocrit. *Ἐπιτὰ δ' ἀλεσι μιμηχίων ὡς νινόμεισι. Ὁ ἀλλῶ ὡδὶ ῥέανεν ἐς θυμὸν ἀβλαβὲς.*

Cineresq; auersa] Et hoc quoq; ex Marone sumptum apparet, qui dicat: *Fer omnes Amarylliforas, riuoq; fluenti, Transq; caput iace, ne respexeris.* is porro ex Theocrito vtendum accepit. *Ἡ εἰ δὲ συνέλασσα νότον πύρος ἀμφιπύλον τις Πύρατος εὐμύλα ποσσὶν ὑπὸ ποταμοῦ φέροσα, Ρώρα δὲ εἰς πέτρας ὑπὸ ἔριον, ἅψ' ὕνειομαι, Ἀγρεῖος, κατὰρ ὅς πυρὸς ἀπὸ δῶμα διέω Πράτον, ἐπιτὰ δὲ ἀλεσι μιμηχίων ὡς νινόμεισι. Ὁ ἀλλῶ ὡδὶ ῥέανεν ἐς θυμὸν ἀβλαβὲς ὕδωρ.* fuit enim ritus antiquorum purgamenta, & februa abijcere, nec respicere, veluti docet Aeschylus: ad quem ritum allusisse creditur Euripides Andromachâ dicens. *Ἡ δὲ δ' ὑπὸ κεφαλῆς ἔβαλεν κακόν, ἅ τις πὶ καὶ ποτὶ πόρην.*

Crepitantes vrere lauros] A natura foliorum lauri epithetū sumpsit, hæc enim igni imposita crepitum edere solent, à quo veteres omina fumebant Tibull. *Vt succensa sacris crepiter bene laurea flammis: Omne quo felix, & sacer annus eat.* Lucret. *Nec res vlla magis, quam Phœbi Delphica laurus Terribili sonitu*

H 2 flamma

flamma crepitante crematur. hinc fragiles ipsam appellauit Virgilius: fragiles incende bitumine lauros. quomodo Lucretius fragilem sonium chartarum dixit: Et fragiles sonitus chartarum commeditatur. Propertius de herba Sabina dixit. Et crepat ad veteres herba Sabina focos cæterum de lauro sacris adhibita meminit Theocritus. Δάφνη ἢ κίρκος. ἢ ἄλλοι δὲ Δάφνη δὲ φωνὴ Αἰῶ. ἢ ἄλλοι δὲ λαύρα ἢ λαύρα καὶ πύρα καὶ καὶ Κίρκος ἀπὸ τῆς κίρκου, καὶ δὲ ἀπὸ τῆς ἑδρῆς μύθος αὐτῆς, ὅτι τοι καὶ Δάφνη ἔχει τὴν αὐτὴν αἰσθησίν. hinc Virgilius dixit. Daphnis me malus urit, ego hanc in Daphnide laurum.

Verficoloria fila] Vel ἑνὴς, si ea sunt vestes pictæ Cypriorum lingua, ut quidam celsent: vel dictum est imitatione Virgilij. Terna tibi hæc primam triplici diuersa colore Licia circumdo. & in Ciri. Terq; nouena ligat triplici diuersa colore Fila. Circumtulit artes] Quidam legunt herbas, & ignotas; vel Lycida, vel quod paucis cognoscantur, exponunt.

Quod luna timet] Ea carmina murrurauit, quæ lunam cælo deducere posse credita sunt. Virgil. Carmina vel cælo possunt deducere lunam. Horat. Per atq; libros carminum potentium Reflexa cælo deuocare sidera. rursus in fine illius Odæ. An quæ mouere cereas imagines. Vt ipse nosli curiosus, & polo Deripere lunam vocibus possunt meis. Tibull. Cantus & e curru lunam deducere tentat. Propert. At vos deductæ quibus est fallacia lunæ rursus. Et iam luna negat toties descendere cælo. Ouid. Carmina sanguine deducunt cornua lunæ. Aristophanes in Nebulis. Γωαῖνα ἀστρου κίβδ' εἰ περιάρβος θηλειάν Καβέλοιμοι νύκτωρ τὴν σελήνην. cur autem creditum sit veneficarum incantationibus lunam cælo deripi, causam affert uetus quidam poëta, quem nonnulli Varronem Atacinum esse autumant; cuius versibus citat Adrianus Turnebus Aduers. lib. 19. cap. 3.

Quo rumpitur anguis] Virg. Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis. Ouid. Vipereas rumpto verbis, & carmine fauces. Lucilius in Satyris. Iam dirumpetur medius, iam ut Marsu coluber Dirumpit cantu uenas, cum extenderit omnes. Tibullus verò dixit. Cantus & iratæ detinet anguis iter.

Migrant satas] Vniuersa propemodum hæc aliquot carminum complexio è Virgilio sumpta est, ut vidimus, neq; etiam hic locus inde non est petitus. Atq; satas (inquit ille) aliud uidi traducere messes. inualuit autem apud antiquos opinio hæc, ut fruges ex vno agro in alium carminibus quibusdam, magicisque incantationibus transferri posse crederent, cui incommo-

do no-

do nomothetæ occurrentes legem promulgarunt in hæc uerba. Qui malum carmen incantabit, frugesve excantabit, coercetur. extat nobile Furiij Cresini exemplum, cui à Sp. Albio dicta fuit, propterea quod fruges alienas in suum agrum migrare incantationibus quibusdam adegerit; vide Plinium libro 18. cap. 6. Tibullus ait. Cantus uicinis fruges traducit ab agris.

Vellit arbor] Ouidius de Medea dixit. conuulsaque robora terra, Et syluas moueo. fabulam Orphæi sunt qui huc referant, nam feras, & arbores ad se trahere creditus est magicis incantationibus, quas sub dulcedine cantus, lyræque intelligi volunt.

Plus tamen] Ut ars magica plura inusitata, atq; admirabilia facere possit; longè tamen adhuc præstat Idæ pulchritudo, maioremq; vim habet; ea namq; ad eò in intimas medullas mihi penetrauit, ut nullis carminibus inde eximi potuerit, inquam sententiam dixisse videtur Tibullus. Non facit hoc uerbis, facie, tenerisq; lacertis. Deuouet, & flauis nostra puella comis. consule etiam Heliodorum in Aethiopicis. De incredibili amoris, ac pulchritudinis vi plura extant apud Græcos, Latinosq; scriptores testimonia, quibus recensendis consultò superfedeo, ne à meo breuitatis, quantum potest, ac res patitur, retinendæ instituto sciens, volensq; recedam: illud erit instar omnium, quod legitur apud Anacreontem Ode quapiam. Φύσιν κούρατι ταύροις, Ὁ πλάσθ' ἔδωκεν ἴπποις, Ροδωκίω λαγῶις, Δόσι χάρμ' ὀδύτων, Τοῖς ἰχθύσι τὸ νυκτῶν, Τοῖς ὀρνίσις πέταθαι, Τοῖς ἀδράσι φρόνημα. Γωαῖξ νῆκ' ἔχει. Τὶ δὴ δίδωσι; κἀλλος ἄντ' ἀσπίδων ἀπασσῶν, Ἀντ' ἐγγύων ἀπάντων. Νικᾷ δὲ καὶ σίδυρον καὶ πῦρ καλὴ τις ἔσα. Atque hæc ad Nemesiani Eclogas dicta sint; nunc operam nostram ad Calphurnium transferamus.



T. CAL-


T. CALPHURNII
SICVLIVCOLICVM
CARMEN

AD NEMESIANVM
CARTHAGINIENSEM.

ECLOGA PRIMA.

Interlocutores.

ORNITVS, ET CORIDON.

OR.  *ONDVM solis equos declinis mitigat
estas,
Quamuis & madidis incumbant prela-
racemis,
Et spument rauco feruentia musta susurro.*

CO. *Cernis ut ecce pater quas tradidit Ornite vacca
Molle sub hirsuta latus explicuere genista?
Nos quoq; vicinis cur non succedimus umbris?
Torrida cur solo defendimus ora galero?*

OR. *Hoc potius frater Corydon nemus, ista petamus
Antra patris Fauni: gracileis ubi pinea densat
Sylua comas, rapidoq; caput leuat obuia Soli:
Bullantes ubi fagus aquas radice sub ipsa
Protegit, & ramis errantibus implicat umbras.*

CO. *Quo me cunq; vocas, sequor Ornite nam mea Leuce:
Dum negat amplexus, nocturna; gaudia nobis,
Peruia cornigeri fecit sacraria Fauni.*

OR. *Prome igitur calamos, & si qua recondita seruas.
Nec tibi defuerit mea fistula: quam mihi nuper
Matura docilis compegit harundine Lygdon.
Et iam captata pariter successimus umbra:
Sed quamam sacra descripta est pagina fago?*

- Quam modo nescio quis properanti falce notauit.
 Co. Aspicias, ut virides etiam nunc littera rimas
 Seruet? & arcenti nondum se laxet hiatu?
 Ornite fer proprius tua lumina: tu potes alto
 Cortice descriptos citius percurrere versus,
 Nam tibi longa satis pater internodia largus,
 Procerumq; dedit mater non inuida corpus.
 Or. Non pastor, non hoc triviali more viator,
 Sed deus ipse canit. nihil armentale resultat.
 Non montana sacros distinguunt iubila versus.
 Co. Mira refers. sed rumpe moras, oculoq; sequaci
 Quam primum nobis diuinum perlege carmen
 Or. Qui iuga, qui sylvas tuor satus atthere Faunus
 Hac populis ventura cano. iuuat arbore sacra
 Lata patefactis incidere carmina fagis.
 Vos o precipue nemorum gaudete coloni.
 Vos populi gaudete mei. licet omne vagetur
 Securo custode pecus, nocturnaq; pastor
 Claudere fraxinea nolit praesepia crate:
 Non tamen insidias praedator ouilibus vllas
 Afferet, aut laxis abiget iumenta capistris:
 Aurea secur a cum pace renascitur aetas:
 Et redit ad terras tandem squallore, situq;
 Alma Themis posito: iuuenemq; beata sequuntur
 Secula: maternis causam qui lusit Iulis,
 Dum populos deus ipse reget: dabit impia iunctas
 Post tergum Bellona manus, spoliataq; telis
 In sua vesanos torquet viscera morsus:
 Et, modo que toto ciuilia distulit orbe,
 Secum bella geret. nullos iam Roma Philippos
 Deslebit, nullos ducet captiua triumphos.
 Omnia tartareo subigentur carcere bella;
 Immergentq; caput tenebris, lucemq; timebunt.
 Candida pax aderit, nec solum candida vultu,
 Qualis saepe fuit, qua libera Marte profuse,
 Quae admisso procul hoste: tamen grassantibus armis
 Publica diffudit tacito discordia ferro.

Omne

- Omne procul vitium simulat a cedere pacis
 Iussit: & insanos clementia condidit enses.
 Nulla carenati ferulis pompa senatus
 Carnificum lassabit opus: nec carcere pleno
 Infelix raros numerabit curia patres.
 Plena quies aderit quae stricti nescia ferri
 Altera Saturni reuocet Latialia regna,
 Altera regna Numae qui primus ouantia caede
 Agmina Romuleis, & adhuc ardentia castris
 Pacis opus docuit, iussitq; silentibus armis
 Inter sacra tubas, non inter bella sonare.
 Iam nec adumbrati faciem mercatus honoris,
 Nec vacuos tacitus fasces & inane tribunal
 Accipiet Consul: sed legibus omne reductis
 Ius aderit, morcmq; fori vultumq; priorem
 Reddet: & afflictum melior deus auferet auum.
 Exultet quaecumq; nothum gens ima iacentem,
 Erectumq; colit boream, quaecumq; vel ortu
 Vel patet occasu, mediove sub ethere seruit.
 Cernitis ut puro nox iam vigesima caelo
 Fulgeat? ut placidum radianti luce cometem
 Proferat? ut liquidum nutet sine vulnere sydus?
 Nunquid utrumq; polum sicut solet igne cruento
 Spargit? & ardenti scintillat sanguine lampas?
 At quondam non talis erat, cum Casare raptio
 Indixit miseris fatalia ciuibus arma:
 Scilicet ipse deus Romana pondera molis
 Fortibus excipiet sic inconcussa lacertis,
 Ut neq; translati sonitu fragor intonet orbis,
 Nec prius ex meritis defunctos Roma penates
 Censeat, occasus nisi cum respexerit ortus,
 Co. Ornite, iam dudum velut ipso numine plenus
 Me quatit, & mixtus subit inter gaudia terror:
 Sed bona fecundi veneremur numina Fauni.
 Or. Carmina quae nobis deus obtulit ipse canenda
 Dicamus, tereti q; sonum modulemur auena.
 Forsitan angustas feret haec Melibaeus ad aures.

I

RO.

ROBERTI TITII
COMMENTARIUS
IN PRIMAM ECLOGAM
CALPHURNII.



V I C. Eclogæ titulus est *Delos* in impressis à Philippo Iuncta codicibus anno partæ salutis. 1504.

Solis equos] Eorum nomina prodit hæc Ovidius. *Interea volucres Pyrois, Eous, & Athon. Solis equi, quartusq; Pblegon himnitibus auras. Flammiferis implent.* sensus autem est.

Nondum æstatis calor se remisit, licet ad autumnum vergere incipiat, quò tempore vindemia facta vinum in lacubus exprimi consuevit.

Et spument rauco] Non aliter ferè Virgilius. *Spumet plenis vindemia labris.* Nemestianus sic. *vindemia seruet. Collibus in summis.* dicuntur vina spumare, cum post vindemiam in dolijs conduntur. Lucan. *Indomitum Meroe cogens spumare salernum.* Iuuenal. *Stertimus indomitum, quod despumare salernum Sufficiat.* Propert. *Dummodo purpureo spument mibi dolia musto.*

Latus explicuere genista] Hæc pastoribus umbram præbet, apud Virgiliū *salices, humilesq; genistæ, Aut illæ pecori frondem, aut pastoribus umbram Sufficiunt.*

Cur non succedimus umbræ?] Sic etiam loquitur Virgilius. *Aut tecto assuetus coluber succedere, & umbræ.* nec longè inferius. *Quam procul aut molli succedere sæpius umbræ.* aliqui legunt *vlmis*, sicut Ecloga, quæ hanc consequitur. *& easdem fortè sub vlmos Conueniunt.*

Defendimus ora galero] Pileo, quo utimur ad solis calorem propulsandum. Stadius. *Obnubitq; comas, & temperat astra galero.* hunc Græci *πλιδον*, siue *πλον* vocant, hoc est, *καυμελακτιον*, siue *σκιόδιον*. Dion. *καὶ σφίσι πλες τῶν θεηλικῶν τρέπον δὲ τὰ θεῶν*

τρεα

τρεα φορεῖν, ἵνα μὴ τῆ ἀλιόσει ταλαιπωροῦνται, ἐπετρέχει. sic etiam Calpurnius. *Ἀμφὶ δὲ σὶ κεφαλῆν ἕνον ἀμονιῖβει Μερμβλωκὸς πλικμα πέ- τρεα ἀλκαρε ἱκατο.*

Frater Corydon] Tale est, quod alibi dicit. *Si placet antra magis, vicinaq; saxa petanius; Saxa quibus virides stillanti velle muscus Dependet, & reliqua.* sic Nemestianus. *has vlmos potius. fagosue petamus.* appellat autem *fratrem* ob amoris abundantiam: vnde Horatius *indigni fratrum rumpere sædus* dixit, cum firmissimum, ac sanctissimum intelligere vellet.

Patris Fauni] Vocat Faunum *patrem*, quia pastoribus, & agrestibus præsit. Virg. *Et vos agræstum præsentia numina Fauni.* Ouid. *sic quatiens cornua Faunus ait: Dij sumus agræstes, qui cum dominemur in altis Montibus, arbitrium est in sua tecta Ioui.* Calpurn. *Vos ò præcipuè nemorum gaudete coloni, Vos populi gaudete mei.* vel communi omnium Deorum epitheto vsus fuit, *pater* enim diuinitatis nomen censetur, vnde Mato. *Hûc pater ò Lencæ ueni. & Da deinde auxilium pater. & Fortia corpora volues Tybri pater. & Da nunc Tybri pater ferro, quod missile libro. & Da pater hoc nostris aboleri dedecus armis.* Calpurnius de Fauno ipso. *Faunusq; pater, Satyriq; bicornes.* aliquando videtur nomen esse dignitatis, vt cum inquit idè Maro. *Cum pater in ripa, gelidoq; sub ætheris axe Aeneas tristi turbatus pectore bello Procubuit.* rursus ibidem. *Tum pater Aeneas puppi sic satur ab alta.* qua verò ratione *pater* de viris dictum est, eadem *mater* de feminis vsurpari animaduerti. Virg. *castæ ducebant sacra per urbem Pilentis matres in mollibus: hinc Luna mater, mater Matuta.*

Rapidoq; caput] Aduersus solem caput extollit: ceterum pueriliter admodum explicat hunc locum doctus aliqui vir, dum *lenat caput* interpretatur *intercludit omnem viam Phæbo, & aditum.* subditq; *caput accipitur pro aditu, quo ocluso nullus est locus Phæbeis radijs.* ineptissima explicatio: ego accipio eo sensu, quo dixit Virgilius. *Verum hæc tantum altis inter caput exiit vrbes, Quantum lenta solent inter viburna cupressi.*

Bullantes vbi fagus aquas] Bullas excitantes; sic etiam loquuntur Plinius, & Celsus: Apuleius ait. *De summo vertice affluens bullis ingentibus scaturibat.*

Quò mecumq; vocas] Τμήσι: talè fermè est Virgilianū illud. *veniam quòcumque vocaris.*

Perma cornigeri] Significat Corydon se a Venere abstinuisse

fe, atq; iccirco nulla religione prohiberi, quominus Fauni sacris interesse possit, impuri enim, quiq; recenter cum muliere concubuisse, à sacris arcebantur. Tibull. *Quidne piè, dum sacra colis, purèque lauari Te memini, & puro secubuisse toro.* item alibi. *Vos quoq; abesse procul iubeo; discedat ab aris, Cui tu'it externa gaudia nocte Venus.* Ouid. *Annua venerunt Cerialis tempora sacri; Secubat in vacuo sola puellatoro. &c. Sic epulis functi, sic dant sua corpora somno, Et positis iuxta secubuere toris; Causa repertori vitis, quia sacra parabant, Quae faceret purè, cum foret orta dies.* Porphyrius *πρὸς ἀποχρῆς ἀπὸ τῶν ἐμφύχων. ὅταν δὲ τὸ σῶμα μετὰ τῆς ἐδῆτος τινὲς λαμπρῶν ἡμερῶν καὶ κακῶν τὴν φύχην ἔχοντες ἴωσι πρὸς τὰς θυτῆρας, ἔδην διαφέρει νομίζουσι, ὡς περὶ ἑβαστάτα περὶ τὴν ἐμὴν χεῖρα τὰς μάλιστα τὸν βίον διακινῶν καὶ ἀποκρίσσει περὶ τὸν σὺν τῷ ἰσχυρῶν ἐπιδύωσιν προεὶς ἰσχυρῶν, ἄγνων χρεῖν καὶ βουδῆος οὐτὸς ἰσχυρῶν ἐπιδύωσιν ἐπιδύωσιν ἐπιδύωσιν.* hoc dicebatur *purè habere*, vt aliquot superius citatis exemplis clarè perspicitur, sed omnium optimè declarat Plautus *Asinaria*. *Si fortè purè velle habere dixerit, Tot reddat spurcas, quot puras habuerit.* Priapi sacra duntaxat hac religione soluta fuisse docet ille ipse deus Endecasyllabo quoquam qui inter lusus eius templo affixos olim spectabatur.

Matura docilis] Neque enim calamos ex quibus fistula conformati debebat, nullo temporis discrimine, nullaq; obseruatione pallim cedere oportebat, sed certis quibusdam temporibus, vt docet Plinius lib. 16. cap. 36. quod hinc *maturum* est, apud Virgilium dicitur *tempestiuum*. *Aut tempestiuam syluis euertere pinum.*

Et iam captata] Virg. *Nunc etiam pecudes umbras, & frigora captant.*

Descripta est pagina fago] Theocr. *Γραμμὰ τὰ δ' ἐὶ φλοῖα κερὰ ψεπαι, ὡς παρὶ τῆς ταύτης ἔδην θάρισι.*

Properantifalce] Ipse properans falce descripsit; sic dicimus *properanti calamo*.

Nondum se laxet hiatu] Rei naturam aptissimè expressit, calor enim exhausto humore laxat, quæ humor coegit, & quodam quasi glutino copulauit, hinc terra *hiulca* dicitur, quæ radijs solis percussa rimas contraxit.

Nam tibi longa] *αἰτιολογία*, cur possit Ornitus carmina in fago descripta commodius legere: per *internodia* verò tibias ipsas, cruraq; intelligit à talo ad genu porrecta; Hesiodus in

Scuto

Scuto *πανσφύρον* vocasse videtur, qui hoc corporis habitu præditus est.

Sed Deus ipse canit] Faunus videlicet, cuius lucum subierat: paulò post. *Qui iuga, qui sylvas tuor satus aethere Faunus Hæc populis ventura cano.*

Distinguunt iubila] Rusticas cantiones accipe, est enim *iubilare*, vt Festus notat, rustica voce inclamare, vnde *iubilum*: respexit autem canentium morem, ad quem pertinet etiam Horatianum illud. *Imbelli cythara carmina diuides.*

Rumpe moras] Virg. *Eia age, rumpe moras.*

Satus aethere Faunus] Aethere genitum Faunum esse dicit, quoniam ex Aethere cuncta oriri creditum est; hinc Nemefianus *omnipotentem* ipsum appellauit: rectè autem huic Deo vaticinium tribuit Calphurnius, quoniam à fando, id est vaticinando nomen ei factum esse volunt, vel *ἀπὸ τῆς φωνῆς*, quod voce, non signis futura ostenderet; auctore Seruio Grammatico.

Patefactis incidere c.f.] Cortice fagorum signato, falceque notato.

Vos populi gaudete mei] Agrestes, quibus Faunus præest, vt alibi diximus.

Claudere fraxinea] Ad luporum, furumq; rapinas arcendas. Virgil. *trans flumina lata, Aut intus clausos satyra ad præsepia seruat.* Apuleius. *Insurgit spelunca, qua margines montane desint, turris arduo caule firma, solidis cratibus, ouli stabulatione commoda porrectis vndiq; lateribus:* omitto Iacobi Sanazarij testimonium ex opere, quod Arcadia inscripsit.

Prædator ouilibus] Vel est *πρόδρομος* lupi, qui assidè gregi infidiatur, vnde Virgilius. *Non lupus insidias explorat ouilia circum, Nec gregibus nocturnus obambulat:* Horatius idem de vrsu dixit. *Nec vespertinus circum gemit vrsus ouile.* vel quemlibet furem intelligit: rectè autem paulò post vtitur verbo *abigere*, quod propriè significat armenta ex pascuis subtrahere; de cuius notione ita scriptum reliquit Vulpianus Iurisconsultus. *Abigei propriè habentur, qui pecora ex pascuis, vel armentis subtrahunt, & quodammodo depredantur, & abigendi studium, quasi artem exercent, equos de armentis, oves de gregibus abducentes.*

Et redit ad terras] Tale est Maronianum illud. *Magnus ab integro seclorum nascitur ordo; Iam redit & Virgo, redeunt Saturnia regna; Iam noua progenies cælo demittitur alto.* per Themim autem Iusticiam intelligit, quæ ex Themide, & Ioue

nata

nata fingitur: vel Dea est, quæ efficit, vt pacta conuenta inter nos custodiantur, seruenturq;: videndus est Aratus in *φαινε-
μύσις* ab illo versu. *Εἰ τ' οὐκ ἄτρεπας κείνη νέεας.* & reliqua; nam huic Calphurnij loco illustrando mirificè confert.

Causam qui iussit Iulis] Sunt, qui ad Germanicum referant, cui dicauit Ouidius libros Fastorum, quos cum causis inscripsit, putantq; allusum ad ipsius stirpem maternam, eius enim mater fuit Antonia Octauiae Augusti sororis ex Antonio filia, & ex Iulij Cæsaris prosapia: hæc illi: sed mihi non displicet legi in *vinis* pro *Iulis*; vt sit sensus; qui causas orauit, cum adhuc inter matris vlnas versaretur; pertinet hoc ad Nemesiani laudes amplificandas, vt is dicatur tunc temporis ad eò ingenio valuisse, vt iam causas orare meditaretur: de Germanici eloquentia extat Ouidij testimonium hoc. *Quæ sit enim culti facundia sensimus oris, Ciuica pro trepidis cum tulit arma reis. Scimus, & ad nostras cum se tulit impetus aures, Ingenij currant flumina quanta tui.*

Deus ipse reges] Ita Reges, atq; Imperatores vocabant veteres, vt est auctor Ioannes Tzerzes: hinc ait Horatius. *Cælo tonantem credidimus Iouem Regnare, presens diuus habebitur Augustus.* Virg. *Ille mihi semper Deus.*

Dabit impiuictis] Vel etiam *vinctas* nullo sensu discrimine. Virg. *Ecce manus iuuenem interea post terga reuinctum.* rursus. *& centum vinctus abenis.* Post tergum nodis fremet horridus ore cruento. hic noster. *tuprior illi Vinctas tende manus,* exprimit autem captiuorum habitum: mirum tamen videri possit, quòd Dea belli seruitutem seruitura sit; Virgilius de Furore id extulit Aeneid. i. quem locum, quia huc plurimum facit, consulas velim.

In sua vesanos] Simile est carmen Lucani. *In sua vittricem conuersum vulnere dextram.*

Nullos iam Roma Philippos] Philippi vrbs fuit Thessaliæ, à qua campi Philippi Pompei primùm, deinde Bruti, & Cassij exercituum clade per celebres. Horat. *Tecum Philippos, & celerem fugam Sensi relicta non bene parmula.* rursus. *Vestris amicis cum fontibus, & choris, Non me Philippis versa acies retrò, Deuota non exiunxit arbor.* & *Vnde simul primùm me demisere Philippi Decisis humilem pennis.* Virg. *Ergò inter sese paribus concurrere telis Romanas acies iterum videre Philippi.* consule Dionem lib. 47.

Captiua

Captiua triumphos] Tartarus enim tenebrarum plenus fingitur, velut etiam Catullus docet Endecasyllabo quopiam, vnde Virgilius *nigrum* ipsum appellauit, quasi dicat tenebrososum. *bis nigra videre Tartara.* est autem carcer inferorum, vt ait hic noster, & confirmat Tertullianus in Apologetico: vide Apollodorum in Bibliotheca.

Candida pax aderit] Vera, non fucata, qualis fuit aliquando inter Cæsarem, & Pompeium: fingebatur autem Pax alba veste amicta. Petron. *Arbiter. Pax prima ante alias niueos pulsata lacertos.* *Abfcondit galea victum caput.* idem de fide dixerat Horatius. *Te spes, & albo vara fides colit.* *Velata panno.* quamquam *candidum* absolutè pro *lato*, & *incūdo* persæpè accipitur. Horat. *Quid fles Asterie, quem tibi candidi Primo restituent vere Fauonij.* Tibullus. *& sint candida fata tua.* sic *niueum* pro eodem. *O niueam quæ te poterit mihi reddere lucem.* & *fulserit hic niueis Delius alitibus.* Cornelius Gallus Elegia nuper ab Aldo iuniori formis representata. *O niueas luces, ò tēpora dulcia.* extat sexceta alia exēpla de hac re, quæ nihil opus est huc aduocare.

Quo domito procul hoste] Etenim cum hostes omnes debellassent Romani, tunc demum in seipfos arma conuerterunt; itaq; ait Horatius: *Sed vt secundum vota Parthorum, sua Vrbs hæc periret dextera: Altera iam teritur bellis ciuilibus atas, Suis & ipsa Roma viribus ruit.* vidit autem hoc Onomademus ille in Chio factionis princeps, qui victoria potitus diuersarum partium viros haudquaquam exigendos censuit, quòd vereri se diceret, ne sui inimicis omninò liberati cum amicis dissentire inciperent.

Tacito discordia ferro] Occultis conspirationibus, & consilijs de seditione excitanda: vel ideo *tacito*, quia bella ritè non indicebantur, vt potè iniusta, & nefaria.

Clementia condidit enses] Sūt, qui huc legant *dementia* ex antiquis codicibus.

Nulla cathenati] Cathenis vincti, & per hoc captiui. Horat. *Seruit Hispanæ vetus hostis ora Cantaber sera domitus cathena.*

Infelix raros] Vel raros patres ob amissos filios. Horat. *Audiet pugnas vitio parentum Rara iuuentus.* vel raros senatores ob eorum numerum imminutum in bellis ciuilibus.

Alter Saturni] De aureo seculo videnda sunt, quæ scribit Hesiodus, & Ouidius: *redeunt Saturnia regna* inquit Virgil.

Alter regna Numæ] De Numa videnda sunt, quæ prodit Liuius

Litius libro primo, Dionysius Halicarnassæus, & Plutarchus in eius principis vita.

Inter sacra tubas] Tubarum vsus ante Regem Nummam in castris tantummodo cognitus erat: Numa Pompilius sacrificia plurima, eorumq; ritus instituit, in his tuba canere ceptum: de tuba in sacrificijs adhibita sic ait Virgilius. *Et tuba commissos medio canit aggere ludos*; illic enim sacra manibus Anchisæ celebrabantur. Varro in Armilutrium. *Armilutrium festum erat apud Romanos, quo res diuina armati faciebant, ac, dum sacrificabant, tubis canebant*, magnos honores tubicinibus à Numa fuisse habitos docet Plutarchus in *Quæstionib.* Romanis; ita duo reges alius alia via, ille bello, hic pace ciuitatem auxere inquit Liuius. de tubæ in prælijs vsu, res est notissima. Ennius. *At tuba terribili tonitru taratantara trusit*. quod carmen sic fuit imitatus Virgilius. *At tuba terribilem sonitum procul ære canoro increpuit*. rursus: *Exoritur clamorq; virum, clangorq; tubarum*. Horatius. *Et lituo tubæ permistus sonitus*. consule Vegetium de Re militari.

Faciem mercatus honoris] Ambitum notat, & inanem Magistratus speciem, cum omnis ipsius auctoritas penes facinorosos ciues resideret: ceterum per *honorem* vel quemlibet Magistratum simpliciter intelligit, vel particulatim *ætra* *ætra* Præturam ipsam, quæ proprio quodam iure *honor* dicta fuit; hinc *ius honorarium*, inquit Iustinianus, *solem appellare, quod qui honores gerunt, id est magistratus auctoritatem huic iuri (Prætorio) dederunt*; & *Prætor honoratus* vocatur ab Ouidio. *Verbaq; honoratus libera prætor habet*.

Nec vacuos tacitus fasces] Vanum, atq; inanem Consulatum, & absq; vlla iurisdictione, & auctoritate, fasces enim insigne Consulatus fuerunt, per quos honores ipsos significat. Lucret. *Qui petere à populo fasces, seuq; secures imbibit*. rursus. *pulchros fasces, seuq; secures proculcare*. Virg. *Illum non populifasces, non purpura Regum flexit*. rursus alibi. *Vis & Tarquinius reges, animaq; superbi Vltoris Bruti, fascesq; videre receptos*? Horat. *Cuilibet hic fasces dabit, eripietq; curule Cui volet importunus ebur*. at rursus. *ut si detulerit fasces indigno, detrahat idem*. est autem figura *ætra*: eodem modo dictum est ab Horatio. *Nec ponit, aut sumit secures Arbitrio popularis aure*. & à Propertio. *Cum tibi Romano dominas in honore secures*.

Vultumq; priorem] Hoc ideo, quia statim dixerat. *Iam nec adumbrati*

adumbrati faciem mercatus honoris. & nihilominus vultus à facie differt. Sallustius. *Prorsus in facie, vultuq; uevecundia inerat*. consule Nonium.

Melior Deus] Numerianus Carini filius: ita loquitur Virgilius. *O Melibæe Deus nobis hæc oia fecit*, cum Augustum intelligat; antiqui distinctionem habebat inter Deos, vt vnus alio melior esset; hinc etiam maiorum, minorumq; genium Deos reperias, patellarios, atq; huius generis notæ, at deterioris etiam plurimos ex falsa illius religionis persuasione.

Erectumq; colit boream] Ex Pythagoreorum sententia locutus est, illi enim supernam cæli partem polum nostrum itatuebant, infernam verò antarticum, id est *ætra*, vt vocat Plato, vnde fortasse Noti appellatio deriuata est. Aristoteles tamen Pythagoricis se aduersarium præbet, curq; ab ipsis dissentiat, rationem affert lib. 2. de Cælo. Virgilius sic. *Mundus ut ad Scythiam, Riphæasq; arduus arces Consurgit, premitur Lybiæ deuexus in Austros*; *Hic uertex nobis semper sublimis, at illum Sub pedibus Styx atra uidet; manesq; profundi*. qui locus ad Arati normam expressus est.

Medione sub æthere seruit] Fortasse *feruet*: zonam torridam intelligit, quæ falso inhabitabilis à veteribus credita est: de quinq; zonis videnda sunt Tibulli carmina in poematio ad Messalam ab illo versu. *Nam circumfuso consistit in æthere relulus*, & cætera, notissimus item est Virgilij locus ex primo Georgic. *Quinq; tenent cælum zonæ*. & reliqua. sic etiam Varro citante Isidoro. *At quinq; æthereis zonis accingitur orbis, Ac vastant imas hyemes, mediamq; calores*: *Sic terræ extremas inter, mediamq; coluntur, Quam solis ualido numquam uis auferat igne*. Lucretius. *Inde duas porro propè partes feruidus ardor, Assiduusq; geli casus mortalibus aufert*. consule præterea Ouidium Metam. lib. 1. & ex Græcis Dionysium Afrum.

Radiant luce cometem] Alij legunt *radiatum luce*, quod non respicio. sic dixit Seneca Hyppolito. *tuq; sidereum caput Radiate Titan*. porro hic cometem intelligit ex Iouis, ac Veneris planetis coagmentatum, qui latorum successuum prænūcius esse consuevit, vt admonet Seruius ad illud Maronis. *Non secus ac liquida si quando in nocte comete Sanguine lugubre rubent*. non esse autem cometem infortuniorum semper indicem videtur indicare Plinius lib. 2. cap. 25. his verbis. *Cometes in uno totius orbis loco colitur in templo Romæ admodum faustus* *Diuo Augusto*

gusto iudicatus ab ipso. idem confirmat Seneca Quaest. natur. lib. 7. sed nullum omnino cometam felicia, aut secus portendere certum est, idque nuper longis disputationibus ostenderunt eruditissimi viri Squarcialupus, Erastus, Dudithius, Grynæus, & alij, qui fatuam, & anilem vulgi opinionem solidissimis rationibus ab ipsis fundamentis conuulserunt, & nos in nostris libris de Vniuerso diuinationis genere haud inanibus argumentis, ut puto, labefactauimus: verumtamen consulas licet Cornelium Gemmam de Diuinis Characteribus: quod si radiantem legere malimus apud hunc nostrum, conueniet cum Marco Tullio, cuius illud est. *Vidit & claro tremulos ardore cometas*: scintillant enim hæc sidera, & lucem quodammodo vibrant, quod hic nostri vocat deinde *mutare*, ac mox *scintillare*.

Sine vulnere sidus.] Quod nullam cadem, seu bellum portendat præter eius sideris communem, ut putant, naturam; solent enim comete atrocia, & tristia significare. Virgil. *ne diris tristes arserit cometa*. Tibull. *Hæc fore dixerunt belli mala signa cometa*. Lucan. *crimenque timendi. Sideris, & terris mutantem regna cometa*. Aristoteles cum de his ignibus diligenter disputet lib. 1. *μηνωρ*. de huiusmodi prædictionibus ne verbū quidem. Ptolemæus is fuit, & reliqui astrologi, qui hæc prognostica inuenerunt.

Numquid utrumque polum.] Testantur docti viri scribendum, hic esse ex integro codice. *non per utrumque polum*. cæterū *ignem cruentum* vocat poeta, sicut Virgilius *sanguineos cometas*: per similes locus reperitur apud Lucanum, ibi. *Nunc iaculum longo, nunc sparsa lumine lampas. Emicit cælo*.

At quondam non talis erat.] De prodigijs, quæ mortem Cæsaris consecuta sunt, multa Virgilius Georgic. 1. & Horatius Carm. lib. 1. Od. 2. vide etiam Plutarchum, & Suetonium.

Inaixit.] Bellum publicè, & palam denunciavit; *arma* etenim pro bello hæc sumitur. Virg. *Arma, utrumque cano*: de belli indicendi ritu consule T. Liuium; & nos quippiam adnotauimus in nostris libris Locor. controu.

Romana pondera molis.] Negocia Romani Imperij, sic enim appellat Horat. *Cum tot sustineas, & tanta negotio solus. Res Italas ornas*. *molis* igitur hoc est magnitudinis. Virgil. *Tanta molis erat Romanam condere gentem*.

Sic inconcussa lacertis.] Alludit per transcursum ad fabulam Herculis, qui Atlanti succedit in cælo humeris sustinendo.

porrò.

porrò per *translatum orbem* nequaquam Romam euerfam intelligit, ut quidam somniant, sed Imperij administrationem à Carino ad Numerianum translata.

Occasus nisi cum respexerit ortus.] Quod nimirum numquam eueniet ob terræ globum interiectum, & sic argumentum est ἀπὸ τῆς ἀδυνατίας. Manilius *medioque tumore Eripiunt terra cæli, uisusque coercent*. deinde. *Sic stellis glomerata manent*. & reliqua. item. *Sed quia per teretem deducta est terra tumorem*. His modo post illis apparet *Delia terris*. mundi duæ sunt partes, una quæ nobis perspicua est, altera quæ aspectui nostro subtrahitur, contrariamque mundi oram incolentium oculis subijcitur. Proculus *ὅτι ἐρίσαντες* loquens ait. *ἐρίσαν δὲ ἐστὶ κύκλος ὁ περιέχων ἡμῶν τὸ πᾶν φαιρόν, καὶ τὸ ἀφανὲς μέρος τῆς κόσμου. καὶ διὰ τὸ πᾶν τῶν ὀλίγων σφαιρῶν τῆς κόσμου, ὅτι ἐστὶ σφαιρῶν ἡμῶν ὅτι τὸ πᾶν ἀπὸ ἀκμῆς ἔσται. ἡμῶν φαιρόν δὲ ὑπὸ τῆς γῆς*. hanc rem tetigerunt etiā Plinius, & Macrobius.

Me quatit.] Talem ferè describit Sybillam Virgilius lib. 6. Horatius ait. *Non Dindymene, non adytis quatit Mentem sacerdotum incola Pythius*. Lucanus verò sic. *quippe stimulo, fluctuque furoris Compages humina labat, pulsusque deorum Concuuiunt fragiles animas*: videndi sunt Cicero de Diuinatione, & Plutarchus in Commētario, ubi quærit, Cur Pythia versibus respondere desierit.

Inter gaudia terror.] Non metus, qui spei opponitur, tametsi spes metui coniuncta esse potest, sed veneratio, quæ terrorem incurere solet: sic Virgilius *horrendam* Sybillam vocat, id est venerandum, & *terrum horrendum* eadem ratione.

Fœcundi ueneremur numina Fauni.] Vel quia multa in pectore clausa gerit, ut apud Maronem. *Fœcundum cœcuto pectus*. vel quia pecoris fœcunditatem, uberemque frugum prouentum pollicetur: *bona verò numina* dixit, hoc est amica, propicia, ut, *sis bonus, scelixque tuus*.

Forfitan augustas.] Ad aures Cæsaris: falluntur autem, qui hoc loco per Augustum Octavianum ipsum accipiunt, cum de Diocletiano, aut Numeriano intelligendum sit. Melibæus personam sustinet alicuius potentioris amici Calphurnij, qui apud Imperatorē gratia polleret, cuius amici opera sperat fore poeta, ut se in Cæsaris familiaritatem quandoque insinuet, tale quiddam Virgilio euenisse memorant, sed & de seipso quippiam simile narrat alicubi Horatius.

ECLOGA II.

Interlocutores.

ASTHACVS, ET IDAS.



INTACTAM Crocalen puer Asthacus, &
puer Idas,
Idas lanigeri dominus gregis, Asthacus
horti,

Dilexere diu. formosus uterq; sed impar.

Voce sonans. terras, hi, cum grauis vreret astas,

Ad gelidos fontes, & easdem forte sub vltimos

Conueniunt: dulciq; simul contendere cantu,

Pignoribusq; parant. Placet, hic ut veller septem,

Ille sui victus ne messem vendicet horti.

Et magnum certamen erat sub iudice Thyrsi.

Affuit omne genus pecudum, genus omne ferarum,

Et quaecunq; vagis alitum ferit aera pennis.

Conuenit umbrosa quicunq; sub ilice lentas

Pascit oves, Faunusq; pater, Satyriq; bicornes.

Affuerunt sicco Dryades pede, Nymphades vdo,

Et tenere suos properantia flumina cursus.

Desistunt tremulis incurrere frondibus Euri:

Altaq; per totos fecere silentia montes,

Omnia cessabant: neglectaq; pascua tauri

Calcabant: illis etiam certantibus ausa est

Dadala nectareos apis intermittere flores.

Iamq; sub umbrosa medius consederat vltimo

Thyrsis, & O pueri me iudice pignora, dixit,

Irrita sint, moneo: satis hoc mercedis habeto,

Si laudem victor, si fert opprobria victus.

Et nunc, alternos magis ut distinguere cantus

Possitis: ter quisq; manus iactate micantes.

Nec mora: discreuit digitus: prior incipit Idas.

ID. Me Sylvanus amat: dociles mihi donat avenas,

Et mea

Et mea frondenti circundat tempora teda.

Ille etiam paruo hoc dixit mihi non leue carmen:

Iam leuis obliqua crescit tibi fistula canna.

As. Et mihi Flora comas parienti gramine spargit:

Et matura mihi Pomona sub arbore ludit.

Accipe, dixerunt Nymphae, puer: accipe fontem.

Nam potes irriguis mutare canalibus hortos.

ID. Me docet ipsa Pales cultum gregis: ut niger alba:

Tergamaritus ouis nascenti mutet in agna:

Qua neq; diuersi speciem sexuare parentis

Possit, & ambiguo testetur utrunq; colore.

As. Non minus arte mea mutabilis induit arbor:

Ignotas frondes, & non gentilia poma.

Ars mea nunc malopira temperat, & modo cogis

Insita praecoquibus subrepere persica prunis.

ID. Me teneras salices iuuat, aut oleastra putare,

Et gregibus portare, nouas ut carpere frondes

Condiscant, primosq; recidere gramina morsu:

Ne depulsa vagos quærat fetura parentes.

As. Et mihi cum fuluis radicibus arida tellus

Panditur: irriguo perfunditur area fonte,

Et satiatur aqua, succos ne forte priores

Languida mutata querant plantaria terra:

ID. O si quis Crocalen Deus afferat: hunc ego terris,

Hunc ego sideribus solum regnare fatebor.

Dicam nanq; nemus: dicamq; sub arbore numen

Hoc erit. Ite procul: sacer est locus: ite prophani.

As. Vrimur in Crocalen si quis mea vota deorum

Audiat: huic similis, virides quæ gemmeus undas:

Fons agit, & tremulo percurrit lilia riuo,

Inter pampineas ponetur faginus vltimos.

ID. Ne contemne casas, & pastoralia tecta.

Rusticus est (fateor) sed non est barbarus Idas.

Sæpe vaporato mihi cespite palpitat agnus:

Sæpe cadit festis deuota Palilibus agna.

As. Nos quoq; pomiferi Laribus consueuimus horti

Mittere.

- Mittere primitias, & figere liba Priapo
 Rorantes fagos damus, & liquentia mella:
 Nec fore grata minus, quam si caper imbuat aras.
- Id. Mille sub vberibus balantes pascimus agnas:
 Totq; Tarentinae praesent mihi vellera matres:
 Per totum niueus premitur mihi caseus annum.
 Si venies Crocale, totus mihi seruiet annus.
- As. Qui numerare velit, quam multa sub arbore nostra
 Poma legam: citius tennes numerabit aristas.
 Semper olus metimus: nec bruma, nec impedit aestas.
 Si venies Crocale, totus tibi seruiet hortus.
- Id. Quauis siccus ager languentes excoquat herbas:
 Sumo tamen calat eos nutanti lacte coactos.
 Vellera tunc dabimus, cum primum tempus apricum
 Surget, & à tepidis fiet tonsura Calendis.
- As. Et nos quos etiam pratorrida munerat aestas
 Mille renitenti dabimus tibi cortice Chias,
 Castaneasq; nuces totidem: cum sole Nouembri
 Maturis nucibus virides rampentur echini.
- Id. Num precor informis videor tibi? num grauis annum?
 Decipiorq; miser, quotiens mollissima tango
 Ora manu? primiq; sequor vestigia floris
 Nescius? & gracili digitos lanuzine fallo?
- As. Fontibus in liquidis quotiens me conspicor esse,
 Admiror totiens: etenim sic flore iuuenta
 Induimus uultus, ut in arbore saepe notant
 Carea sub tenui lucere cydonia lana.
- Id. Carmina poscit amor: nec fistula cedit amori:
 Sed fugit ecce dies: reuocatq; crepuscula vesper.
 Hinc tu Daphni greges, illinc agat Alphesibaeus.
- As. Iam resonant frondes: iam cantibus obstrepit arbor.
 I proculo Dorida, primumq; reclude canalē:
 Et sine, iam dudum sitientes irriget hortos.
 Vix ea finiorant: senior cum talia Thyrsis
 Este pares, & ob hoc concordēs uiuite nam vos
 Et decor, & cantus, & amor sociauit, & aetas.

COM.

In Eclogam Secundam.



INTACTAM Crocalem] Integram, ut loquitur Horatius, & Catullus, non imminuta pudicitia; sic etiam utitur hac dictione: idem Catullus: Sic virgo dum intacta manet, dum cara suis est. Virgil. Cui pater intactam dederat. Horat. Sunt quibus unum opus est intactae Palladis urbem. Ca mme perpetuo celebrare. ab hac Crocale nomen est inditum Eclogae in exemplaribus Florentiae excullis.

Idas Lanigeri] παλιγορία, siue αιδιπλοισι, veluti apud Virgilium. vos facietis maxima Gallo, Gallo cuius amor, & cetera. rursus. sequitur pulcherrimus Astur, Astur equo fidens.

Sed impar voce sonans] Formosi quidem, sed non eius pulchritudini par vox respondet, ut sit aequè formosa, hoc est bona: de canendi peritia sic in fine dicit. Este pares, & ob hoc concordēs uiuite, nam vos. Et decor, & cantus, & amor sociauit, & aetas. Nemesianus dixit. Et non tam tenui filo de voce sonarent.

Ad egliaos fontes] Virg. Hic gelidi fontes, hic mollia prata. Lycori, considera num hic locus imaginem praefegerat illius Theocriti. τῶν κρητῶν ἀπὸ τῆς ἀμφοῦ εἰσοδῶν τοῦ θεοῦ μὲν ἀμφοῦ τοῦ ἀμφοῦ.

Pignoribusq; parant] De pastorum consuetudine, qui saepe inter se pignore deposito certare introducuntur, velut exempli gratia, apud Maronem. in die mecum quo pignore certes. hic autem superfluere videtur enclitica, neq; enim parant contendere cantu, id est alter alterum cantu superare, & pignoribus, sed contententes cantu superare pignoribus positis.

Vellera septem] Oues; dixerat enim superius. Idas Lanigeri dominus gregis.

Et magnum certamen erat] Tantum non ex Virgilio ad verbum huc translatum. Et certamen erat Corydon cum Thyrside magnum.

Affuit omne genus pecudum] Haec monstra rerum de Orpheo canente.

canente commemorari solent: res notior est, quam vt de ea pluribus agere oporteat. Propert. *Orythea te tenuisse feras, & concita dicunt Flumina Threicia detinuisse lyra.* Virgil. *Mulcentem tigris, & agentem carmine quercus:* consule Ouidium *Metamor.* 10.

Alitum ferit aëra pennis] *Quæcumq;* alitum valet quotquot alites: sunt tamen, qui legant *alium*, vt ad aëra referatur.

Lentas pascit oues] Vel placidas à natura eius animantis. Ouid. *Quid bos, quid placida commeruistis oues.* vel quia lente pasci debent, sicut de capellis tradit Columella lib. 7. cap. 6. vel reponendum est *lentas* ex vetere exemplari: sic *lata armenta* vocauit Maro. *tenent oleæq;*, *armenta;* *lata.* ac rursus. *Lata bonum passim campis armenta videmus.* id est pingua.

Satyriq; *bicornes*] Faunos bicornes appellat Ouidius. *Aut quas semideæ Dryades, Fauniq;* *bicornes.*

Affuerunt sicco Dryades] Duo Nympharum genera præcipuè commemorat, cum de alijs quoq; omnibus in vniuersum intelligat, sunt. n. & Oreades, & Napeæ, & Naiades, & Limnades, & Potamides, itemq; aliæ. porro Dryades arboribus præesse creditæ sunt, Naiades fontibus: dicuntur autem Dryades, quæ & Amadryades ἀπὸ τῆς δρυὸς, vnde & Querquetulanæ Latinis: Naiades verò παρὰ τὸ νῆα, & sunt fontium Nymphæ, quæ & νηαῖαι, & νηαῖαι nuncupantur, Nemesian. *Quæ colitis sylvas Dryades, quæq; antra Napeæ: Et quæ marmoreo pede Naiades vda secatis Litora.*

Et tenuere suos] Expressum ex Virgilio *Et mutata suos requierunt sidera cursus.* ad quem locum Fuluius Ursinus Alcaei, atque Ennij versus citat. Propertius quoq; ita locutus est. *Orytheate tenuisse feras, & concita dicunt Flumina Threicia detinuisse lyra.*

Neglectaq; pascua] Hæc verba quidam non agnoscunt, quæ tamen è Virgilio propemodum expressa videntur. *Immemor herbarum, quos & mirata iuuenca.*

Dædala nectareos] Laboriosa, vel varia, quod discolors flores libet, indeq; mel conficiat. Lucret. *Tibi suauis Dædala telus* Summittit flores. iterum. *Phæbæq; Dædala chordis* Carmina consimili ratione expressa silerent. item. *Mobilis articulat verborum Dædala lingua.* & *naturaq; Dædala rerum.* Virgilius. *patri* quos Dædala Circe *Supposita de matre nothos furata creauit.* vel *Dædala apis* dicitur à varietate artificij, quod propemodum

indicat

indicat Maro dicens. *Non aliter (si parualicet cõponere magnis) Cecropias innatus apes amor vrget habendi Munere quamq; suo, grandæuis oppida curis, Et munire fauos, & Dædala fingere tella.* à verbo δαιδαλῶν, vnde Dædalus architectus, & δαιδαλῶν, verborum opifices, quiq; ornandæ orationis artificio instructi sunt.

Medius] Inter Althacum, & Idam, vel arbiter ad litem ipsorum dirimendam.

Irrita sint moneo] Vt res magis amicè procedat, vetat Thyrsis pignora ipsos deponere, sed laude victorem, conuitio victum contentum esse vult, sic cum pignora deposita sunt, suū vnicuiq; concedi solet à prudente iudice. Virg. *Non nostrū inter vos tantas componere lites, Et vitula tu dignus, & hic, & quisquis amores* *Aut metuit dulces, aut experitur amarus.*

Si laudem victor] Virtutis enim satis amplum censetur præmium ipsa laus: Hippodamus Pythagoreus in libro de Rep. virtutem tribus ex causis promoueri scribit, metu, cupiditate, pudore: eius verba reperias apud Stobæum sermone de Rep.

Ter quisq; manus] Digitis micare lusus genus fuit, quod adhuc apud nos durat, vt repente porrectis digitis, certantium vterq; numerum diuinaret. Marcus Varro, *Micandum est (inquit) cum Græco, vtrum ego illius numerum, an ille meum sequatur.* oportebat autem digitorum numerum ter diuinare, velut ex D. Augustino libro de Trinitate colligitur, cum inquit. *Nam id vbi volumus, facile habemus; vt alia omittam, vel micando digitis tribus;* id est, vt nunc vulgò loquimur, *alle trè dita.*

Discernit digitus] Sunt, qui legant, *discernunt digitis*, id est sortiuntur, quis primus incipere debeat: ego nihil habeo, cur magis hanc, quam illam scripturam retinendâ censeam; nam illud *Nec mora*, valet, nulla est interposita mora, hoc est, confestim digitis micarunt, itaq; idem sensus omnino resultat.

Me Sylvanus amat] Imitatur Virgilium, qui dixerit. *Et me Phæbus amat, Phæbosua semper apud me Munera sunt lauri, & suaue rubens hyacinthus.* Theocritus etiam quippiam cecinit ab hac re non ita abhorrens. *Τὰ μῦθαι με φιλοῦντι πάλῳ πλέον ἢ τῶν ἀοιδῶν Δαφνῶν.* porro Sylvanus Deus est pastorum. Virgil. *Sylvano fama est veteres sacrasse Pelasgos, Aruorum, pecoriq; Deo lucumq; diemq;.*

Circumdat temporatæda] Cypresso, quæ arbor Sylvano dicata est. Virg. *Et teneram ab radice ferens Sylvane cupressum.* qua

L

expli-

explicatione responsum velim Iulio Casari Scaligero, cuius non æquum de hoc loco iudicium extat in Hypereritico; sed errat, vt in alijs multis.

Ille etiam paruo mihi] Respexit hunc locum Maronis. *Et dixit moriens te nunc habet ista secundum.*

Et mihi Flora comas] Par pari obijcit, quò facit et Menalcas apud Maronē, siquidem eum Damon dixisset. *Ille* (Iupiter) *colit terras, illi mea carmina cura.* statim Menalcas subijcit. *Et me Phœbus amat.* sic Theocritus. *Καὶ ὅμι' ὦ Φάλλον φίλιν μέρα.*

Parienti gramine spargit] Sic Virgilius de arbore dixit. *Es nunc omnis ager, nunc omnis parturit arbor.* suauius tamen ad tracas aures accideret, si *fundit*, non *spargit* legeretur. Flora autem, & Pomona hortis præsumat; iccirco earum hic meminit Asthacus: nec mihi probatur iudicium Scaligeri de epitheto *matura*, quod ego referendum cenfeo ad pomorum maturitatem, vel *matura annis*, hoc est grandæua, vt alibi nuncupatur, quomodo Virgilius dixit *æui maturus Aletes.* & Ouidius *Remulus maturior annis. Fulmineo perijt imitator fulminis ictu.* rursus alibi. *Quid numeras annos? vixi maturior annis.* sic Aufonius. *Maturus æui nec rudis diudicem.* & senes inde *maturi* nuncupantur, vt *maturusq; senex* apud Horatium, &c. *Quem noui maturi subeuntē exorsa parentis Aeternum sibi Roma cupit* apud Statiū Græcorum ferè exemplo, qui *πεπρωται* pro anu dixerunt. Aristophanes. *Ὅν ὅς ἐν νεῖς τὸ σοφὸν εἶπεν, ἄλλ' ὅς πεπρωταί.* sic per contrarium dixit Maro. *Iam senior, sed cruda Deo, viridisq; senectus.* vel *maturus* id est bonus, vnde *Mater Matuta.* consule Festum in *Manare.*

Nam potes irriguis] Canalibus, per quos aqua ducitur ad hortos irrigandos. Colum. *Vicini quoq; sint amnes, quos incota elurus Attrabat auxilio semper sitientibus hortis, Aut fons ilta chrymet putei non sede profunda, Ne grauis hausturis tendentibus ilta vellat.* Horat. *irriguo nihil est elutius horto.* Tibull. *Tunc bibit irriguas fertilis hortus aquas.* Propert. *Et circum irriguo surgebant lilia prato Candida.* Ouidius sic. *Ipsè potes riguis plantam defigere in hortis, Ipsè potes riuos ducere lenis aqua.* facit ad hunc locum, quod scriptum reliquit Aristoteles de Partib. animal. lib. 3. ibi. *ἵσκει δ' ὁ πόθος ὅτι τῶν κηπίων αἱ ὑδραγωγίαι κατασκευάζονται ἀπὸ μιᾶς ἀρχῆς καὶ πηγῆς, εἰς πολλὰς δεχέτερας καὶ ἄλλας αἰεὶ πρὸς τὸ πάντη μεταδιδόναι.* alicubi fontes pro fontem exaratum reperi, & *nutrire* pro *mutare*, quod sermō rectum puto; sed & *ortus* pro *hortis*

non

non respuerim hac mente: si quidem potes hortum irrigando olerum ortū accelerare, vt quæ sua vi, ac natura serotina sunt, præcocia fiant, denique vt nunquam olera non sufficiant, sic dicet inferius. *Semper olus metimus, nec bruma, nec impedit æstas:*

Cultum gregis] Virg. *quæ cura bouum, quis cultus habendo Sic pecori.* quod est argumentum tertij libri, itaq; eius initio *Palem* innocat. *Te quoq; magna Pales, & te memorande canemus Pastor ab Amphryso:* est enim Pales Dea pabuli.

Vt niger albæ] Videndus est ad hanc rem, præter cæteros, Columella lib. 7. cap. 2. & eo, quod hoc proximè consequitur. Virgilius ait. *Illum autem quamuis aries sit candidus ipse, Nigra subest vdo tantum cui lingua palato, Reijce, ne maculis infusces vellera pullis Nascentum:* vidit hoc etiam Aristoteles *πὸς ζῶων ἰσορίας*, cum dixit. *λευκά δὲ τὰ ἐκγονα γίνονται καὶ μέλαινα ἴσταν ὑπὸ τῆ τῆ καὶ γλώττῃ λευκαὶ φλέβες ὄσιν, ἢ μέλαινα λευκά μὲν, ἴσταν λευκαὶ. μέλαινα δὲ, ἴσταν μέλαινα: ἴσταν δὲ ἀμφοτέρω, ἀμφοτέρω, πυρραὶ δὲ, ἴσταν πυρραὶ.* idem quoq; sic alibi scriptum reliquit. *μεταβάλλουσι δ' αἷα τῶν ζῶων πᾶς χροῖας τῶν τριχῶν κατὰ τὰς πᾶν ὑδρῶν μεταβολῆς. αἷα μὲν ὅς λευκά γίνονται, αἷα δὲ μέλαινα: & reliqua: consule etiam Plinium lib. 37. cap. 2. & alicubi Varronem. legimus historiam in sacris Biblijs de variatis virgīs Iacob.*

Mutabilis induit arbor] Loquitur de insitione, de qua plura reperias apud rei rusticæ scriptores: porrò cautè additum fuit verbum *mutabilis*, vt intelligamus videlicet non posse omne genus furculorum omni arbori inseri, sed necesse esse, vt furculus arbori, cui inseritur, cortice similis sit, quamquam Columella lib. 5. hanc veterum opinionem falsam esse demōstret: mirum quippiam narrat Plinius de arbore tilia à se olim visa. iuxta Tiburtes: consule etiam Iulianum Parabatem epistola quapiam; necnon Clementem Alexandrinum Stromatū lib. 6. qui quatuor insitionis genera enumerat: de eadem sic est apud Virgilium. *Inseritur verò ex sætu nucis arboris horrida, Et steriles platani malos gressere valentes; Castanea fagos, oruvsq; incanduit albo Flore puri, glandemq; sues fregere sub ulmis.* Ouidius ait. *Venerit insitio, fac ramū ramus adoptet, Steriq; peregrinis arbor operta comis.* insignis locus extat apud Ouidium Metam. 14. ab illo versu. *Rege sub hoc Pomona fuit:* & cætera, quem omninò consulas velim.

Et non ventilia poma] Factus est hic versus ad imaginem illius Virgilij. *Miraturq; nouas frondes, & non sua poma.* sic etiam

L 2 dixit

dixit Columela. aut aliena stirpe grauata. Mitis adoptatis curuetur frugibus arbor. alicubi legebatur genitalia, quod probant docti viri.

Malo pira temperat] Quod *μυρὸς* pronunciauerat, nunc posito exemplo particulatim declarat: sic Virgilius. *Et saepe alterius ramos impunè videmus. Vertere in alterius, mutatamq; insita mala. Ferre pirum, & prunis lapidosa rubescere corna:* quomodo fortasse intelligendus est ille alter locus. *Inserere nunc Melibæe puros, pone ordine vites.* Propertius ait. *Infitor hic soluit pomosa vota corona, Cum pirus inuito stipite, mala tulit.* Ouidius Elegia de Medicamine faciei. *Cultus, & in pomis succos emendat acerbos, Fissaq; adoptiuas accipit arbor opes.* Manilius, *Atq; arbusta uagis essent quod adultera pomis.* vide Palladium.

Præcoquibus subrepere Persica prunis] *Præcōcia* poma dicuntur immatura, vel quæ antè iustum, ac legitimum aliorum eiusdem generis tempus maturefcunt: de persicis inquit Plinius: *post autumnum maturefcunt, æstate præcōcia intra triginta annos reperta:* idem scribit in prunis syluestribus insitiones fieri persicorum: est autem *subrepere* tacitè insurgere, vt ferè non sentiat: quod verò hic verbum *inserere* vsurpatum videmus, quomodo & apud Propertium loco superius indicato, Columella de eadem re loquens usus est verbo *adoptare*, Ouidius vtrumque sumpsit dicens. *Venerit insitio; sac ramum ramus adoptet; Stetq; peregrinis arbor operata comis. Cultus & in primis furcos emendat acerbos. Fissaq; adoptiuas accipit arbor opes.*

Me teneras salices] Meminit salicis, quia ea ouibus gratissima est. Virg. *non me pascente capellæ Florentem cythiso, & salices carpetis amaras.* rursus. *Dulce satis humor, depulsis arbutus hædis. Lenta salix facta pecori.* Nemesian. *dum salices hædi, dum gramina vacæ Detondent.* de alendis autem ouibus recens natis hæc tradit Columella. *Agni cum firmi esse ceperint, pascenti sunt intra stabulum cythiso, vel medica, tum etiam surfuribus, aut, si permittit annonæ, farina hordei, vel erui: idem fermè ad verbum scribit Palladius.*

Ne depulsa vagos] Depellere est ab lactare. Virg. *Dulce satis humor, de pulsis arbutus hædis.*

Panditur] Est, qui legat. *pangitur*, quod non probo: inquit Astacus, se, cum terra nimio calore fissuras ducit, ita vt arborum, herbarumq; radices nudas ostendat, hortum irrigare solere, plantariaq; eo pacto recreare, ne areant.

Irriguo.

Irriguo perfunditur area fonte] Supra vocauit canales *irriguos*, de qua re videnda sunt, quæ scribit Laurentius Valla Dialogi lib. 1. in Pogiū ab illo loco. *Pog. Habes hortum egregium, in quo est fons irriguus.* Guar. *Ab Pogi, fontem irriguum dicis, quid appellares hortum? & reliqua:* Cato ait de Re rustica. *secundo loco hortus irriguus.*

Succos ne forte priores] Ijs, qui arbores in alium solum trāsferunt, præter cætera hoc potissimum curandum est, vt quantum fieri potest, solum, in quo planta traducitur, solo, ex quo traducta est, simile reddant irrigatione, stercoratione, omni denique cultura, artisq; remedijs, vt docent rei rusticæ scriptores.

Hunc ego terris] Hunc ego verè Deum esse profitebor, cæloq;, & terris ipsum dominari prædicabo, dicunt enim Dei terrarum domini. Horat. *Terrarum dominos euehit ad Deos.*

Dicam namq; nemus] Qui ad consecrationis ritum verba hæc referunt, dupliciter peccant: nam & coniugationis, quam vocant Grammatici, ordinem peruertunt, cum *dicabo* dicendum fuisset, & syllabæ modulum negligunt, qui in *dicare* breuis est, cum in *dicere* protendatur.

Ite procul] Verba in sacris vsurpari consueta, cum *βιβλοι, καὶ ἀμύθητοι* præconis voce à sacris arcebantur, & (vt ita dicam) è templo eliminabantur. Virgil. *procul è procul este profani, Conclamat vates, totoq; absistite luco.* Horat. *Odi profanum vulgus, & arceo.* Plato in Theetheto. *αἱ δὲ οἱ δὴ πρὸ σκοπῶν μὴ τις τῶν ἀμύθητων ἐπακείη.* verum hac de re plura notata reperias in ijs libris, quos de Ritibus sacrorum ethnicorum confecimus.

Huic similis] Non video, quid causæ sit, cur vocem *similis* in vocem *soli* conuertamus: itaq; nihil mutandum statuo: est autem sensus. Si quis deus voti me compotem fecerit, huic ego similem alterum ex fago dolatum dicabo: vel proferunt hæc verba ab Asthaco respiciète Fauni signū in luco positum, quod ab aliquo nobili artifice elaboratum esset, cui alterum æquè absolutum se Deo illi consecraturum pollicetur.

Gemmeus vndas] *Διάφραος*, pellucidus gemmæ instar, particulatim smaragdi, quare additum est *virides vndas*. Tibullus. *O pereat quicumq; legit viridesq; smaragdos.* Ouidius *vndas* appellauit *vitreas* ab eadem perspicuitate, & vitream pruinam epistola Ariadnæ ad Theseum: sic etiam Horatius. *O fons Blandusis & splendidior vitro.*

Tremulo.

Tremulo percurrit lilia riuo] Hanc fluentis aquæ ἰκέρουσι
ita expresse Horatius. *quæ obliquo laborat Lympha fugax trep-
dare riuo.* rursus alibi. *unde loquaces Lympha desiliunt tuae.* &
Epod. *montibus altis Lewis crepante Lympha desilit pede.* & in
Epist. *Quam qua per pronum trepidat cum murmure riuum.*

Inter pampineas] Inter vltimos vitibus maritatas. Catullus.
At si fortè eadem est vltimo communctam marito, loquitur de vite. Ho-
rat. *Pomifne, an pratis, an amicta vitibus vltimo.* Virg. *Semiputata
tibi frondosa vitis in vltimo est.* item alibi. *Quid faciat letas sege-
tes, quo sidere terram Vertere Mecænas, vltimisq; adiungere vi-
tes Conueniat.*

Ne contemne casae] Mutuò sumptum ex Marone, neque n.
dubium est, quin ad illud carmen allusum sit. *O tantum libeat
mecum tibi sordida rura, Atq; humiles habitare casae.*

Palpitat agnus] Tale fermè est Virgilianū illud. *pecudumq;
reclusis Pectoribus inbians spirantia consulit exta.* porro quod
hic ait Calphurnius *vaporato cespitem*, intelligi de vapore thu-
ris, uon de flamma, quæ aram circumdederit, vt quidam in-
terpretantur, notum est enim thus in sacrificijs adhiberi con-
sueuisse, vnde *thuricrema aræ* apud Maronem: sic etiam dixit
Horatius. *Hic vinum mihi cespitem, hic Verbenas pueri ponite,
thuraq; . & . vocantis Thure te multo Glycera decoram Transfer
in ædem.* rursus. *Et thure, & fidibus inuat Placare, & vituli san-
guine debito Custodes Numidæ Deos.* cæterum verbo *vaporare*
vltus est quoq; Staius ibi. *vaporatis lucent altaribus ignes.* sed &
Lucretius, & Horatius idem alicubi vsurparunt; & ex nostris
Petrus Bembus in illo. *Vaporan piū d'vn templo, e san lor voti.*
hinc Nemesianus *thus vaporum* vsurpauit ibi. *ter thure vaporo
Lustrauit.*

Festis denota Palilibus agna] *Palilia*, vel *Parilia* dicebantur
festa in honorem Palis, quæ xii. Kal. Maij celebrabantur vno
die, antequam Roma condita esset; Plutarchus in Romulo:
de ipsis ita est apud Propertium. *Vrbi festus erat, dixere Palilia
patres: Hic primus cepit mœnibus esse dies.* consule etiam Ti-
bullum elegia 5. lib. 2.

Nos quoq; pomiferi] Sic etiam Tibullus. *Et quodcumq; mihi
pomum nouus educat annus Libatum agricolæ ponitur ante Deum.*
Tibullus appellauit hortum pomosum eodem sensu. *Pomosisq;
ruber custos ponatur in hortis.*

Et fingere liba Priapo] Erat fingere in vno manu descripto co-
dice,

dice, in altero legebatur *fundere*; sed vt de mero probè *funde-
re* dicatur, de libo fortasse non ita. Virgilius inquit. *Sinum la-
tis, & hæc te liba Priape quotannis Expectare sat est.*

Rorantes fagos] Vel aëreo melle madentes, vel etiam mel-
le ipso consperfas, cui posteriori sententiæ conuenit Maroni-
anum illud de apibus. *Sapè etiam effosis (si vera est fama) late-
bris Sub terra fodere lares, penitusq; reperta, Punicibusq; ca-
uis, exesq; arboris antro:* ac, vt in varijs arboribus fauos con-
struere soleant apes, fagus tamen, nescio quo pacto, ab ipsis
magis appeti ad eam rem videtur, quocirca sic ait Claudianus
*credas examina fundi Hyblæum raptura thymum, cum cerea reges
Castra mouent, fagiq; cauo demissus ab aluo Mellis, & electis
exercitus obstreperit herbis.*

Liquentia mella] Defecata, & pura. Virgil. *aut cum liquentia
mella Stipant, & dulci distendunt nectare cellas.* etenim non
Seruius modò, sed ipsemet Virgilius hanc vocem ita decla-
rare videtur. *alia purissima mella Stipant, & liquido distendunt
nectare cellas.*

Caper imbuat aras] Phrasîs Virgilij, sic enim ille. *illius aram
Sapè tener nostris ab ouilibus imbuet agnus.* hic noster. *repidos tūc
omnia cultros Imbuat.* Catullus verò dixit. *Sanguine hanc etiam
mihi (sed tacebitis) aram Barbatu linit hircus, cornipesque ca-
pella.* Theocritus simpliciter. Βασίλον δ' ἀμύρετα κερὰς τερχος.

Mille sub vberibus] Numerus finitus pro infinito vulgata fi-
gura. Virg. *Mille mæ Siculis errant in montibus agnæ.* Nemesian.
scis mille iuencas Esse mihi. Theocrit. Α' ἄ' αὐτῶς τοῖοντος τῶν, ἁ-
τὰ χίλια βόσκω: consule Ouidium Metam. lib. 13: vbi Polyphem-
mus de Galatea conqueritur. vel *mille* dixit, vt maiorem gre-
gem, qui simul stabulari possit, significaret; nam Columella
lib. 7. hac de re ita inquit. *Sed numerum generis huius maiorem,
quàm centum capitum sub uno clauso non expedit habere, cum lani-
gere mille commodè stabulentur;* quod autem in hoc nostro legi-
tur *balantes*, alicubi spectabatur *palantes*.

Totq; Tarentinae] Tarentini pecoris vellus omnium mollis-
simum erat, quod in causa fuit, vt eius hic particulatim me-
minerit Calphurnius: de ipso ita reperias apud Columellam.
*Generis eximij Milesias, Calabras, Appulasq; nostri existimant, ea-
rumque optimas Tarentinas.* rursus eodem libro. *Græcum pecus,
quod pleriq; Tarentinum vocant, nisi cum domini presentia est, vix
expedit haberi, siquidem & curam, & cibum maiorem desiderat.*

nam cum sit vniversum genus lanigerum ceteris pecudibus mollius, tam ex omnibus Tarentinum est molliſſimum, quod nullam domini, aut magistrorum inertiam sustinet, multoque minus auaritiam, nec æstus, nec frigiditatem patiens.

Per totum niueus] Dixi in Commentarijs ad Nemesianum huius poetice φαεινότητος auctore fuisse Theocritum, cum ait. Τυρὸς δὲ δούλει μ' οὐτ' οὐδ' εἶρε, οὐτ' οὐδ' ὄπαρον, οὐδ' χειμῶνος ἀκρῶ. quem Iocum sic reddidit Maro. *Lac mihi non æstate nouum, non frigore desit.* Ouidius sic. *Lac mihi semper adest nouum, pars inde bibenda seruatur, partem liquefacta coagula durant.* sed tamen Homerus ita cecinit in Odysſæa. Ἀ' μ' αἰὲν περὶ χυρῶν ἐπιρετῶν γάλα φῶδω. appellauit autem caseum niueum ex eius natiuo colore: sic Virg. *Quam diues pecoris, niuei quam lactis abundans.* nisi sit pecoris niuei, non lactis niuei. Marcus Varro in Satyra Andabata. *Candidum lacte papilla cum fluit, signum putant partuis.* Tibull. *Et niuei lactis pocula mista mero.* &c. Mox etiam niueo fundere lacte parant. Athenæus. Κλειάρχος φησὶ τὸ μὲν ὕδωρ ὄπισθεν καὶ τὸ γάλα λυκὸν λέγεσθαι, οἶνον δὲ, καθάπερ καὶ τὸ νεκτάρ, ἐρυθρὸν. sed in lacte perpetuum est epithetum, in caseo temporarium. porro hinc prætereundum non fuit in quibusdam codicibus legi *hornus* pro *annus*, quæ tamen vox illi alteri notione respondet, significat enim presentis anni, quod & hornotinum dixit Cicero Verrina de anteaectis. Horat. *Si thure placaris, & horna fruge lares, auidaq; porca.* rursus Epod. *Et horna dulci vna promens dolio.* Propert. *Illud dies hornis cedem denunciat agnis.* mihi tamen vulgata scriptura magis arridet, quoniam uideam uocabulum *hornus* non nisi adiectiuè (ut aiunt) usurpari, quomodo igitur dixerit Calphurnius. *totus mihi seruiet hornus?*

Citius tenues numerabit aristas] Quod tamquam ἀδυνατον intelligi uult, facit hinc illud Catulli. *Non si densior aridis aristas sit nostræ seges osculationis.* Ouidius ait. *Cyniphæ segetis citius numerabis aristas.* *Altaq; quam multis floreat Hybla thymis.* neq; hinc tamen consentiunt exemplaria; in quibusdam enim legébatur *arenas*, quod ferri potest, earum namq; numerus infinitus propemodum est. Horat. *te maris & terræ numeroq; carentis arenæ Mensorem cohibent, Archyta.* Catull. *Ille pulueris Erythraei, Siderumq; micantium Subducatur numerum prius.* malo tamen *aristas*, quoniam res agitur inter pastores.

Nec bruma] Opponit ei, quod statim dixerat Idas. *Per totum niueus premitur mihi caseus annus.*

Totus

Totus tibi seruiet hortus] Ouid. *omnis tibi seruiet arbor.*

Sumo tamen calathos] Non hoc ex nihilo dictum accipere oportet, mimiis enim æstus ouium vbera exhaurit. Virg. *Cogite oues pueri, si lac præceperit æstus, Vt nuper, frustra pressabimus vbera palmis.*

Nutanti lacte] Supra vocauit tremulum eadem mente.

Fiet tonsura calendis] Intelligo Calendas Martij, tunc enim ver ad æstatem inclinare incipit, quo tempore tonderi pecus commodissimum est, auctore Columella, cuius hæc sunt verba. *Tonsura certum tempus anni per omnes regiones seruari non potest, quoniam nec ubiq; tardè, nec celeriter æstas ingruit, & est modus optimus considerare tempestates, quibus ouis neq; frigus, si lanam detraxeris, neq; æstum, si nondum detraxeris, sentiat.* Varro sic ait. *Tonsura tempus inter æquinoctium vernum, & solstitium, cum sudare inceperunt oues, a quo sudore recens lana tonsa succida appellata est; oues irtas tondent circiter ordeaceam messem, in alijs locis antè senescia, quidam has in anno bis tondent, ut in Hispania citeriore, ac semestres faciunt tonsuras.*

Mille venienti] Ficorum genus gratissimū; de quibus Marcialis. *Infanti melimela dato, fatuasq; mariscas, Nam mihi que suevit pungere, Chia sapit.* illius saporem idem poeta expressit in Xenijs. *Chia seni similis Baccho, quam Setia misit, ipsa merum secum portat & ipsa salem.* non desunt, qui legant *remidenti cortice*, quod mihi tamen non persuadent.

Castaneasq; nuces] Quæ simpliciter absq; adiuncto *castaneæ* quoq; nuncupantur. Virg. *Castaneasq; nuces, mea quas Amaryllis amabat.* hac de re aduendus est Macrobius. Satur. lib. 3. c. 18.

Rumpentur echini] Quod argumentum est maturitatis castancarum: echinus dicitur spinosus ille calix, quo castanea circumdatur.

Num precor informis] Verbum *precor* & ἱκετικὸν quandam sermoni addit; sic Terentius Eunuchus. *hem; Obsecro, an is est?* Cicero ad Atticum. *Si tibi res, si locus, si institutum placet, lege queso legem, mihiq; eam mitte.* Locus autem videri potest expressius ex Virgilio dicente. *Non sicut adeo informis, nuper me in litore vidi, Cum placidum ventis staret mare.* ita verò interrogat Idas, ut negare velit.

Num grauis] Annis, senior.

Primiq; sequor uestigia floris] Primam lanuginem. Virg. & *primæuo flore iuuenta Exercentur equis.* rursus. *Tum mihi*

M prima

prima genas vestibat flore iuuenta. Lucret. Tum demum pueris, auro
florente iuventas Occipit, & molli uestitu lanugine malas. Tibull. At
tu dum primis floret tibi temporis aetas. Cornelius Gallus. Nec me
adeo primis spoliavi floribus aetas. Hesiodus Theogonia Τὸν ἔα νέον
πρὸν ἄλτος ἔχοντ' ἔρικυδὲς ἕβης. meus Tassius de Lesbino loquens.
A cui non anco la stagion nouella. Il bel mento spargea de' primi fiori.

Fontibus in liquidis] Cur dictum sit in fontibus, sciri potest ex
eis, quæ ad illud Nemesiani adnotauimus. Quin etiam fontis spe-
culo me mane notauit, porro liquidis valet puris, ac pellucetibus.
Virgilius. At liquidi fontes, & stagna virentia musco Adfuit.

Induimus vultus] Nemesian. Quod vidi, nulla tegimur lanugi-
ne malas. transit autem illic ad simile rei explanandæ gratia:
sic Martialis. Celantur simili ventura cydonia lana, Pollice vir-
gineo quæ spoliata nitent. porro cydonia mala, quæ & cotonea
nuncupantur, cerea appellauit à colore, quem referunt, quo-
circa Palladius eadem fulua nominauit in epigrammate: sed
lucere additum est ob colorem splendicantem, auroq; persimi-
lem, quem referunt cotonea, hinc dixit Virgilius. Aurea ma-
la decem inisi, cras altera mittam: nisi si de citrijs intellexit: cer-
tè cotonea auri colorem præferre constat.

Carmina poscit amor] Cantu gaudet amor, vnde natum ada-
gium. μερικὸν ἔρως δίδωσκει, κἂν τις ἄκροσος ἢ τὸ πρῖν. Nemesianus
inquit. Cantet, amet quod quisq;, leuant & carmina curas. sed
verius ille apud Maronem: Nec lachrymis crudelis amor, nec
gramina riuis; Nec cythiso saturantur apes, nec fronde capellæ.
Propert. Nonnihil aspersis gaudet Amor lachrymis. vnde suauis-
simus noster Lyricen. Io mi pascio di lacbrime, e tu'l sai.

Sed fugit ecce dies] Ita fermè Catullus. Sed moraris, abit dies,
Prodeas noua nupta: vide ad hanc locutionem quæ scripta re-
liquit Seneca epist. 109. lib. 19. sumitur hinc autem honesta
digressus occasio; quomodo apud Virgilium. Maioresq; cadunt
altis de montibus vmbra. Nemesianus sic. Sed iam sol demittit
equos de culmine mundi, Flumineos suadens gregibus præbere li-
quores. rursus alibi. Sic pueri Donacem toto sub sole canebant, Fri-
gidus è syluis donec descendere suasit. Hesperus, & stabulis pa-
stos inducere tauros. diximus in nostris libris Locor. controuerf.

Hinc tu, Daphni, greges] Ingentem pecudum numerum si-
gnificat hoc versu.

Iam cantibus obstrepit arbor] Noctis aduentantis descriptio,
tunc enim aues canere incipiunt, cum medio diei aestu intra
frondes

frondes tacitæ latitare soleant. Virgil. cum frigidus aëra vesper
Temperat, & saltus reficit iam roscida luna, Litoraq; Alcyon em-
resonant, & acanthya dum: sic matutinum tempus descripsit
Ouidius Epist. Ariadnæ ad Theseum. Tempus erat, vitrea quo
primum terra pruina Spargitur, & cæta fronde queruntur aues.

Primumq; reclude canale] Contra Maro, tametsi figuratè
id dici videatur. Claudite iam riuos pueri, sat pratabiberunt. sed
hic noster de canali intelligit ad hortum irrigandum; loquitur
enim Aethacus, atq; ait. Et sine iamdudum sitientes irriget hortos;
neq; verò meridie horti irrigari consueuerunt, sed aut mane,
aut etiam noctu, ne solis videlicet feruor humorem absumat,
aut quoniam, cum aqua sit calida, necaret, quæ irrigarentur;
hæc autem ipsissima sunt Aristotelis verba in Problematis, vbi,
cum quæsiuisset, Cur non meridie, sed mane, noctuue irri-
gare consueuerint, subdit. πὸ πρῶτον ἴνα μὴ ὁ ἥλιος ἀφαλώσῃ ἢ ὅτι ἰὰ ἢ
εἰς μὲν τὸ ὕδωρ διαφύεται τὰ ἀφρόμια.

Este pares] Non aliter ferè Palæmon apud Virgilium. Et
vitula tu dignus, & hic, & quisquis amores Aut metuet dulces,
aut experietur amarus. Ouid. Dicta triplex causa est; at vos igno-
scite diua: Res est arbitrio non dirimenda meo: Ite pares à me.
Homer. Μικίτι πᾶ δὲ φίλῳ πολέμῳ, μὲν δὲ μάχιδον, Ἄμφοτερω δὲ
σφοδρὶ φίλῳ νέφελι κρείττα ζῶς Ἄμφο δ' ἀχμῶτα.

Concordes viuite] Ob aequalitatem, ac similitudinem, quæ
inter vos intercedit, ea etenim amicitiam conciliare solet, vt
multis in locis docet Aristoteles: Plutarchus in Commenta-
rio, cui titulus, Quomodo amicum ab adulatore dignoscere
valeamus, hos affert senarios ex poëta nescio quo. Γόρῳν κί-
ροντι γλώττων ἡδὲν ἔχει, Φαίε πᾶσι, γυναικὶ προσφορὸν γυνή, Νόσθῳ τ'
ἀλλ' ἄρ' νοσῶτι καὶ διασεία Διφθέας ἑποδοε, ἐπὶ τῷ περὶ ραμβῶ, sed & The-
ognis inquit. Πῶς τις μὴ τιμῶσιν ἄρ' ἴσῳ, ἴσοι, εἴτε κατ' αὐτῶν Οἰκῶσιν
χῶρος, διτι παλαιότεροι. Ouid. Par aetas, par forma fuit, primaq;
magistris Accepere artes, elementa ætatis ab usdem: Hinc a-
mor amborum tetigit rude pectus. Cornelius Gallus, nisi menti-
tur titulus. Sum grandæuus ego, nec tu minus alba capillis, Par
ætas animos conciliare solet. plura nos de hac re contraximus in
Commentarijs ad Senecam de Beneficijs, quos prope diem in
lucem dabimus; quatuor autem colligit Thyrsis, quorum om-
nium superius meminerat poëta: Et decor, inquit, ad pul-
chritudinem ipsam referens, de qua superius, Formosus uterq;
& cantus, quod peritiam canendi tantum respicit, nam de

voce dixerat. sed impar Voces sonans. & amor; vterq; enim
Crocalem deperibat: & etas, quoniam vterque puer, inquit
enim. Intactam Crocalem puer Asthacus, & puer Idas, Idas la-
nigeri dominus gregis, Asthacus horti Dilexere diu.

E C L O G A III.

Interlocutores.

IOLAS, ET LYCIDAS.

Io. **N**UNQUID in hac Lycida vidisti forte in-
uencam
Valle meam? solet illa tuis occurrere tauris:
Et iam penè duas, dum quaritur, eximit
horas:

Nec tamen apparet. duris ego per dita ruscis-
Iam dudum, & nullis dubitavi crura rubetis
Scindere: nec quicquam post tantum sanguinis egi.

Ly. Non satis attendi (neq; enim vacat) vror Iola:
Vror, & immodicè. Lycidan ingrata reliquit
Phyllis, amatq; nouum post tot mea munera Mopsum.

Io. Mobilior ventis o' famina. sic tua Phyllis?
Quæ sibi (nam memini) si quando solus abesses,
Mella etiam sine te iurabat amara videri?

Ly. Alius ista querar, si quando vacabis Iola.
Has pete nunc salices, & lauas flecte sub vltimos.
Nam cum prata calent, illic requiescere noster
Taurus amat, gelidaq; iacet spaciatus in umbra,
Et matutinas reuocat palearibus herbas.

Io. Non equidem Lycida quamuis contemptus abibo.
Tityre quas dixit salices, pete solus, & illinc
Si tamen inuenies, deprensam verberare multo
Huc age; Sed fractum referas hastile memento.
Nunc age dic Lycida, que vos tam magna tulere
Iurgia? quis vestro deus interuenit amori?

Phyllide

Ly. Phyllide contentus (tu solus testis Iola es)
Calyrice spreui, quamuis cum dote rogaret.
En sibi cum Mopso calamos intexere cera
Incipit: & puero comitata sub ilice cantat.
Hoc ego cum vidi (fateor) sic intimus arsi,
Vt nihil ulterius tulerim; nam protinus ambas
Deduxi tunicas, & pectora nuda rescidi.
Alcipen irata petii, dixitq; relicto
Improbe te Lycida Mopsum tua Phyllis amabit.
Nunc penes Alcipen manet. ac ne forte vagetur
Ah vereor. Nec tam nobis ego Phyllida reddis
Exopto, quam quod Mopso iurgetur hancelo.
Io. Ate ceperunt tua iurgia. tu prior illi
Vinctas tende manus, decet indulgere puella,
Vel cum prima nocet. si quid mandare iuuabit.
Sedulius irata contingam nuntius aures.
Ly. Iandudum meditor, quo Phyllida carmine placem.
Forsit an audito poterit miscere cantu:
Et solet illa meas ad sidera ferre camænas.
Io. Dic age; nam cerasi tua cortice verba notabo:
Et decisa feram rutilanti carmina libro.
Ly. Has tibi Phylli preces iam pallidus, hos tibi cantus
Dai Lycidas, quos nocte miser modulatur acerba.
Dum flet, & excusso dispergit lumina somno.
Non sic destructa macrescit turdus oliua,
Non lepus, extremas legulus cum sustulit vuas:
Vt Lycidas domina sine Phyllide turbidus erro.
Te sine ve misero mihi lilia nigra videntur,
Nec sapiunt fontes, & acescunt vina bibenti.
At si tu venias, iam candida lilia fient,
Et sapient fontes, & dulcia vina bibentur.
Ille ego sum Lycidas, quo tu cantante solebas
Dicere felicem: cui dulcia saepe dedisti
Oscula: nec medios dubitasti rumpere cantus:
Atq; inter calamos errantia labra petisti,
Ah dolor: & post hoc placuit tibi turrida Mopso

Vox, &

Vox, & carmen inops, & acerbæ stridor auenæ.
 Quem sequeris? quem Phylli fugis? formosior illo
 Dicor: & hoc ipsum mihi tu narrare solebas.
 Sum quoq; diuitior: certauerit ille tot hædos
 Pascere, quot nostri numerantur vespere tauri?
 Quid tibi, (quæ nosti) referam? scis optima Phylli,
 Quam numerosa meis siccetur buccula mulctris;
 Et quam multa suos suspendat ad verbera natos.
 Sed mihi nec gracili sine te fiscella salictio
 Texitur: & nulla tremuere coagula lactis.
 Quod si dura times etiam nunc verbera Phylli,
 Tradimus ecce manus. licet illæ vimine torto
 Scilicet, & lenta post tergum vite domentur,
 Vt mala nocturni religauit brachia Mopsi
 Tityrus: & medio furem suspendit ouili.
 Accipe; ne dubita; meruit manus utraq; pœnas.
 His tamen, his inquam manibus tibi sepe palumbes,
 Sæpe etiam leporem decepta matre pauentem
 Misimus in gremio; per me tibi lilia prima
 Contigerant, primæq; rosæ. vix dum benè florent
 Degustabat apis; tu cingebare coronis:
 Aurea sed forsân mendax tibi munera iactat,
 Qui metere occidua ferales nocte lupinos
 Dicitur, & coëcto pinsare legumine panem:
 Qui sibi tum felix, tum fortunatus habetur,
 Vilia cum subigit manualibus or dea saxis,
 Quod si turpis amor precibus (quod abominor) istis
 Obstiterit, laqueum miseri nectemus ab illa
 Illice, quæ primum nostros violauit amores.
 Hi tamen ante mala figentur in arbore verus.
 Credere pastores leuibus nolite puellis.
 Phyllida Mopsus amat. Lycidas habet vltima rerum:
 Nunc age, si quicquam miseris succurris, Iola
 Perfer, & exora modulato Phyllida cantu.
 Ipse procul stabo vel acuta carice tectus,
 Vel propius latitans vicina sepe sub ara.

Ibimus:

Ibimus: & veniet, nisi me præfagia fallunt;
 Nam bonus à dextra fecit mihi Tityrus omen:
 Qui redit inuenta non irritus ecce inuenta.

COMMENTARIUS In Eclogam Tertiam.



CONTINET hæc Ecloga exorationem, siue potius promissionem exorandi puellam amatam, quocirca eius epigraphæ in libris Florentiæ impressis est *Exoratio*.

Tuis occurrere tauris] Virgilius eodem sensu dixit. *Occursare capro, cornu ferit ille, caueto.*

Duris ego perdita ruscis] Ruscus frutex est acuminatorum foliorum, & durorum, vnde à Græcis δὲ μὲν ὄνομα δῖον dictus est. Virgilius *horridum* appellasse videtur per subauditum intellectum eo versu. *Horridior rusco, proiecta vilior alga.* Battus apud Theocritum vitulam quærens in spinam incidit, quæ ipsius calcaneo hæsit. ὄνομα μὲν ὡ Κορυδαὼν ποτὶ τῷ Διὶ. & ἄλλα ἄλλα. Ἀρμό μὲν ὡ δὲ ἰπὸ τῶν ἐπὶ τῶν σφύρων. & reliqua: cui respondet Corydon. Ἐἰς ὄρος ὄγχε δὲ πειρῆς, μὴ ἀλλήπιος ὄρχεο βαπτε, ἔνθ' ὄρει ῥ' αἰμονίτε καὶ ἀπᾶλαβοι κομάοντι. Propertius. *Rettulit hirsutis brachia secta rubis.*

Crura rubetis] Rubetum dicitur locus rubis confitus, à rubo, sicut quercetum, lauretum, myrtetum, atq; his similia à suis quæq; arboribus; *dubitauit autem rumpere pro rupi*, sicut infra: *nec medios dubitasti rumpere cantus*; id est rupisti.

Neq; enim vacat] Rectè causam subiungit Lycidas, ne amici curam penitus deposuisse videatur.

Vror, & immodicè] Quamquam amantes vri dicantur, vnde Amori faces tribuuntur; hæc tamen verbum vri accipio pro zelotypia tangi, quomodo eo vsus fuit Terentius Eunuchus, ibi. *Numquid hic vides, quod te vrat?* cur ita credam, facit, quod statim sequitur. *Lycidan ingrata reliquit Phyllis: & reliqua.*

qua, nec non illud alterum. *Hæc ego cum vidi, fateor, sic intimus arsi; Vt nihil ulterius tulerim.*

Novum post tot mea munera] Infelix fatum huius nominis, nam alius quispiam Mopsus malè etiã audit apud Maronem. *Mopso Nysa datur; quid non speremus amantes:* sunt qui legant vulnera & i. t. m. munera, non ita bono sensu, quocirca non discedo à vulgata scriptura.

Mobilior ventis ò fœmina] Mulierum inconstantiam notat, eamq; ventis cõparat Horatij exemplo, cuius hæc sunt verba. *heu quoties fidem, Mutatosq; deos flebit, & aspera Nigris equora ventis Emirabitur insolens.* absolute Virgilius, & absq; metaphora. *Varium, & mutabile semper Fœmina.*

Solus abesses] Vt omnes alij adessent, tui vnus absentiam molestè ferre consuevit.

Mella etiam sine te] Eodem fermè pacto dixit Nemesianus. *Te sine, veb misero mihi lilia nigra videntur, Pallentesq; rosæ, nec dulce rubens hyacinthus, Nullos nec myrtus, nec laurus spirat odores; At tu si venas. & reliqua.*

Alius ista querar] A longiore capite querelas arcessens; vel efficacius, expressius, & magis ex animo.

Et lauas flecte sub ulmos] Demonstratio loci: sic Martialis. *Quæris iter? dicam. vicinum Castora canæ Transibis Vestæ, uirginæamq; domum.* & reliqua. ridicula est loci cuiusdam demonstratio apud Plautum.

Taurus amat] φιλά, solet, vel facere delectatur exemplo Græcorum. Plato. *ἵα δὲ ὁ πολὺ φιλά.* rursus. *καὶ τῷ ὄντι τὸ ἀράν τι ποιεῖν, μερῶν φιλά ὅς τε καὶ τῶν μεταβολῶν αἰτιαποδοθῆναι.* Dionysius Halicarnassæus. *ἵα δὲ φιλά πᾶσαν ἑστῆτα νεοσθῆκτος.* Horat. *Quæ pinus ingens, albaq; populus Vmbra hospitalem consociare amat Ramis.* rursus. *Aurum per medios ire satellites, Et perumpere amat saxa potentius Ictu fulmineo.* item alibi. *Quid quod libelli Stoici inter sericos Iacere puluillos amat.* Sallust. *Terrebat eum clamore, vultu, sæpè impetu, atq; alijs omnibus, quæ ira fieri amat.* rursus. *Sed ubi illa formido mentibus decessit, scilicet ea, quæ secunda res amant, lasciuiam, atq; superbia incessere, vel amat requiescere, id est libenter requiescit.*

Gelidaq; iacet] Virgilius frigidam vocauit eodem consilio. *Frigida uix cælo noctis decesserat umbra.* spaciatus autem, hoc est, postquam spaciatus est.

Et matutinas reuocat p. h.] πῶς φρασητικῶς pro ruminat. & est allusum

lufum ad Græcum verbum *μεινυδίζεν*, siue *μεινυδῆν*, cum nihil aliud sit ruminatio, quàm cibi ex vetriculo in os attractio. rectè autem addit *gelidaq; iacet spaciatus in umbra*; siquidem animalia cum ruminant, vt plurimum iacere consueuerunt auctore Plinio, qui porrò ex Aristotele sumpsit libr. 9. de Historia animal. Virgilius simpliciter dixit. *Ille latus niuum molli fultus hyacinto Illice sub nigra pallentes ruminat herbas:* ad quem locum sic scriptum reliquit Seruius. *Reuocat, & denuo consumit: ruminatio autem dicta est à ruma eminente gutturis parte, per quam demissus cibus à certis reuocatur animalibus: quibus verbis tueri possumus hunc Calphurnij locum à censura Iulij Cæsaris Scaligeri in Hypercritico, nã per *palararia* sumemus hinc rumam ipsam, vt sic verbum *reuocare* optimè sensui quadret, quocirca videat Scaliger, quid sibi illic voluerit nam certè Calphurnij consilium bellissimè procedit, si verba rectè intelligantur; conferunt huic loco percipiendo, quæ scripta leguntur apud Plinium libr. 10. vbi de himantopide, & onocrotalis, & de peregrinis auibus loquitur, ait enim. *Huc omnia inexplabile animal (onocrotalum accipe) congerit, mira vt sit capacitas; mox perfecta rapina, serfim inde in os reddita, in veram aluum ruminantis modo refert.**

Tityre] ἀποστρεφῶ ad eum, qui in proximo aderat. τὸ *solus* aliqui legunt *letus* ex antiquis exemplaribus: indico, non determino.

Sed fractum referas h. m.] Hastam, in cuius extremitate aculeus affixus est ad armenta agenda, excitandaq; Tibullus vocauit *stimulum.* *Aut stimulo tardos increpasse boues.* Teocritus. *λαχρῶδλον. Εἶδ' ἢ μοι εἰκὸν τὸ λαχρῶδλον. ὅς τὸ πᾶν τῶν βοῶν.*

Tam magna tulere Iurgia] Distulerunt, disturbauerunt: per apheresim, vt *temere* pro *contemere*.

Deus interuenit amori] Non damno scripturam, quam alicubi reperi, *quis vestrum Deus interuertit amorem?*

Phyllide contentus] Dicit se vna Phyllide semper contentum vixisse spreta Calyricæ, quo nomine apud eas, quas amant, plurimum se gloriari, idq; ipsis identidem commemorare solent amatores. Propert. *Mi neq; amare aliam, neq; ab hac discedere fas est; Cynthia prima fuit; Cynthia finis erit.*

Quamuis cum dote rogaret] Pertinet hoc ad Lycidæ constantiam ostendendam, atq; amoris pariter abundantiam indicandam. Virg. *Teq; sibi generum Thetis emat omnibus vndis.*

Calamos intexere cera Incipit] Calamos cera, tamquã glutino iungere, atq; connectere. Virgil. *Pan primus calamos cera coniungere plures* Instiuit. alibi. *aut numquam tibi fistula cera iuncta fuit?*

Comitata sub ilice cantat] *παιρικῶς*. Virgil. *fido comitatus Achate*.

Intimus arsi] Ira percitus fui, est enim ira æstus circa cor, qui præcipuè amantibus etiã leuissimis de causis accidere solet, ac tunc præsertim, cum sibi in amore non responderi sentiunt, existimant enim tunc se contemni, & pro nihilo duci, velut disertè tradit Aristoteles in Rhetoricis, itaq; cū amore Virgilius iram coniunxit. *rursusq; resurgens*. *Sæuit amor, magnoq; irarum fluctuat æstu*: possumus id etiã referre ad inuidentiam, quam riuialis Mopsus in Lycida excitabat, nam zelotypia est quasi quædam inuidentia, quæ in amantibus faciliè commoueri solet. Horat. *Cum tu Lydia Thelephi Ceruicem roseam, cerea Thelephi. Laudas brachia, veb meum. Feruens difficili bile tumet iecur*.

Ambas deduxi tunicas] Interiorem, & exteriorem; de exteriore nil opus testes producere; de interiore sic est apud Propertium. *Interdum tunica duxit operta moram*. ibidem paulò post. *Quòd si pertendens animo vestita cubaris, Scissa veste meas experiere manus*. idè generatim. *Nec tibi periuro scindam de corpore vestes*.

Improbe te Lycida] Virg. *Improbis ille puer*.

Ego Phyllida reddi] Reconciliari, placari. Catullus dixit restituere. *Nã sanctæ Veneri, Cupidiniq; Vouit, si sibi restitutus essem*, & epigrammate ad Lesbiam. *Quòd te restituis Lebsia mi cupido*. *Restituis cupido, atq; insperanti ipsa refers te*.

Mopso iungetur anhelò] Suspirioso, spiritus angustia, & difficultate laboranti; *ἀδματικῶς, ἐρεθιστοῖκω*. Virg. *Ora fouent illo, & senibus medicantur anhelis*.

A te ceperunt tua iurgia] Dixerat enim Lycidas. *nam protinus ambas Deduxi tunicas, & pectora nuda rescidi*.

Vinctas tende manus] Captiuorum more. Virgil. *manus interea iuuenem post terga reuinctum*. vel *iunctas*, vt exprimat supplicantium habitum. Virg. *duplices tendens ad sidera palmas*.

Vel cum prima nocet] Etiam si rixarum origo ab ipsa incipiat, par est aliquid de suo iure puellæ concedere, & cum vel prior dissidij causas præbuerit, ei tamen indulgere amâtes æquum est. Ti-

est. Tibull. *Blanditijs vult esse locum Venus ipsa, querelis Supplicibus, miseris flentibus illa fauet*.

Quo Phyllida carmine placem] Tametsi non prece, aut carminibus, sed auro placari puellas verè dixerit Tibullus. *Ad dominam faciles aditus per carmina quero*, *Ite procul Musæ, si nihil ista iuuant*: sed de vrbani avaris loquebatur ille, nam agrestes, & rura colentes carminibus capiuntur.

Cerasi tua cortice verba notabo] Vide quæ adnotauimus ad illud Nemesiani. *Accipe quæ super hæc cerasus, quam cernis ad amnem*, *Continet inciso seruans mea carmina libro*. sic etiã hic noster. *Aspicis, vt virides etiam nunc litera rimas Seruet & arenti nondum se laxet hiatu?* rursus. *Et cantus viridante licet mihi condere libro*: hic dixit *rutilanti* à colore corticis illius arboris.

Iam pallidus] Macie confectus. Ouid. *Fugerat ore color, maciesq; obduxerat artus*. Propert. *Perditus in quadam tardis pallefcere curis*.

Modulatur acerba] Alicubi scriptum reperi *amara*, tametsi *acerba* non reiecerim, quãtumuis argutetur Iulius Cæsar Scalliger in Hypercritico.

Dum flet] Amantes enim ad lachrymas procliuces esse consueuerunt teste Luciano; itaq; ait Horatius. *humor & in genas Furtim labitur arguens*, *Quàm lentis penitus macerer ignibus*. itè alibi. *Sed cur, ehu Ligurine, cur Manat rara meas lachryma per genas?* Propert. *Quis te cogebat multos pallere colores*, *Et fletum inuitis ducere luminibus?* crebròq; noctes inquietas transigunt, quarum duarum affectionum perpulchræ afferuntur rationes à Nicolao Leonico in Quæstionibus amatorijs.

Non sic destructa] Palàm est turdos olearum baccis plurimum delectari, ipsarumq; esu mirum in modum pinguescere: inter cibos verò, qui eis præbentur, myrti, & lentisci semina, itemq; oleastri, & hederaceæ baccæ, nec minus arbuti enumerat Columella, & Constantinus Cæsar in Selectis præceptionibus de agricultura. Porro minimè prætermiserim legi hic in quibusdam codicibus *distrita* pro *destructa*, quomodo locutus est Maro. *Sed tamen & quernas glandes tunc stringere tempus*; *Et lauri baccas, oleamq; cruentaq; mora*; hinc *strictores* apud Catonem.

Legulus cum sustulit vvas] Per *extremas vvas* intelligit aut omnium tardissimè maturescetes, aut racemos ipsos post plenam vindemiam relictos; non aliter dixit Virgilius. *Iam ca-*

nit extremos effectus vinitor antes. porro vna saginari lepores omnibus est exploratum. Legulus autem dicitur *αὐτὶ τῆς vindemiator*, nam sic reperias apud Varronem de Lingua Latina: *ut legulus, & vindemiator, alter ab oleis, alter ab vuis.*

Domina sine Phyllide] Sic amantes amafias vocare consueverunt. Tibull. *Ad dominam faciles aditus per carmina quero.* alibi. *Sepe aliam tenui, sed iam cum gaudia adirem.* Admonuit dominam, deseruitq; Venus. Propert. *domina iudice tutus ero.* Horat. *Me dulcis domina musa Lycinia Cantus, me voluit dicere lucidum Fulgentes oculos.* Puella in Idyllio Theocriti sic inquit. *Ναὶ μίαν φασὶ γυναικάς ἔσε προμένη παρακοίτης, cui respondet Daphnis. Μάλλον ἀπὸ κρατῆσι.* quod apud nostrum legitur hic turbidus, alicubi scriptum visebatur tabidus, id est macie confectus, ut superius *Iam pallidus.*

Mibi lilia nigra videntur] Committo hunc locum cum illo altero Nemesiani. *Pallidior buxo, violaq; simillimus erro; Omnes ecce cibos, & reliqua:* cui propè geminus videri potest hic alter Maronis. *Aret ager, vitio moriens, sicut aëris herba; Liber pampineas inuidit collibus umbras: Phyllidis aduentu nostræ nemus omne virebit; Iupiter & lato descendit plurimus imbri.* qui porro de Theocrito mutuo sumptus videtur, cum ait. *Ραῖστα ἔαρ, πάντα ἢ γυμοί: πάντα ἢ γαλακτοῦ Οὐδέτα τλήθεισι, καὶ τὰ νέεα τρέφεται, Ἐνθα καλὰ πῶς οὐδὲν ἰστέται, αἰδ' ἀπ' ἀφρόνι: Χ' ὡ πομίσαν ἔρος τὴν οὐ χ' αἰ βοτάναι.* & reliqua.

Iam candida lilia fient] Videbuntur ita, ut re vera sunt.

Cui dulcia sepe dedisti Oscula] Ouid. *Cantabam, memini, meminerunt omnia amantes, Oscula cantanti tu mihi rapta dabas.* neq; non alibi. *Qua mihi dum referes, quamuis audire iuuabit, Multa tamen rapies oscula, multa dabis.* Nemesian. *Idas ego ille sum, Donace, cui sepe dedisti Oscula, nec medios dubitasti rumpere cantus, Atq; inter calamos errantia labra petisti.*

Torrída Mopsi Vox] Per analogiam à re, in qua siccitas inest: quomodo à coloribus λευκὴ, καὶ μελαίνα, quarum hanc fuscam vocauit Suetonius in Nerone, illam candidam Celsus, ut puto, Horatius certè liquidam appellasse videtur, ibi, *cui liquidam Pater Vocem cum cythara dedit.* conferunt huic loco intelligendo Suida verba in μέλα, ὅτε λεγομένη φωνὴν λευκὴν ἢ μελαίναν, κατὰ ἀλογίαν καὶ ὁμοίτητα τῆν ἀπὸ τῶν χρωμάτων φάσμα. rursus in λευκόν. ὁμοίτητον ὡσπερ τὸ ἄρκετον. τῶν μὲν ἰδί τῆς σάματος λεγομένη, τὸ λευκὸν χρῶμα σημαίνει, ὁπότε εἶν ὑπὸ τῆν ποιότητα. τὸ δὲ ἐπὶ τῆς φωνῆς, τὸ

ποιός.

ποιόν: λευκὴ δὲ λέγεται φωνή, ἢ δὴκός. εὐκός δὲ εἶν, ἢ τὴν ἀκόν σφραγῆς καὶ τοχέως ἀμοίωσα. ὁ μοίως δὲ τὸ ὄψι δακνύσι τὰ ὁμοίωσαν. Quintilianus quoq; de vocis qualitate scribens ita inquit. *Est candida, & fusca, & plena, & exilis, & lenis, & aspera, & contracta, & fusa, & dura, & flexibilis, & clara, & obtusa.* præterea consulendus est Aristoteles lib. 1. Topicor. & Iulius Pollux in Onomastico, qua parte de Voce, aut his, quæ à voce deriuantur, disputat: sed & Demetrium Phaleræum adire præstiterit.

Carmen inops] Nullis dinitijs poëticis locupletatum, sunt autem inter cætera, diuitiæ poëticæ, pulchræ, atq; aptæ inuentiones, crebræ figuræ, lectissima verba.

Et acerbæ stridor auenæ] Virgil. *non tu in triujs indocte solebas Stridenti miserum stipula disperdere carmen?* hic nofter. *Qui in stillantes arida uoces Rumpis, & expellis male singultantia uerba.*

Quem sequeris?] Per comparationem Mopsi, & sui.

Formosior illo Dicor] Nemesianus. *nostrò formosior Ida Dicor, & hoc ipsum mihi tu narrare solebas:* tale quippiam reperias apud Theocritum.

Sum quoq; diuitior] Triplex bonorum genus commemorat Lycidas, quibus se præditum esse dicit; animi bona continentur eo versu. *Ille ego sum Lycidas, quo tu cantante solebas. Dicere felicem: bona corporis ibi. formosior illo Dicor.* deniq; bona fortunæ sequentes duos versus complectuntur. *Sum quoq; diuitior: & cætera.*

Numerantur uespere tauri] Imaginem refert cuiusdam loci apud Theocritum, quem superius indicaui: ex pastorum autem more, & instituto dixit *numerantur uespere tauri;* ij siquidem gregem à pabulo redeuntem quotidie recensere solent. Theocritus. *Οὐ θυσιῶν πόκα ἀμνῶν, ἐπεὶ χαλεπὸς ἔ' ὁ ποιτὴν μου Χ' ἀμάτηρ. τὸ ἢ μάλα ποθέσθαι πέντ' ἀριθμῶντι.* quod deinde fuit imitatus Virgilius, ut notum est: idem Virgilius, inquit. *Cogere donec oues stabulis, numerumq; referre Iussit; & inuito processit uesper Olympo.* duo verò Lycidas opponit, tauros hædis, numerum numero.

Gracili sine te fuscilla salicto] Virgil. *Hæc sat erit Diuæ uestrum cecinisse poëtam, Dum sedet, & gracili fuscillam textit hibisco.* & in Georgicis. *Nunc facilis rubea textatur fuscina uirga.* Nemesian. *Dum fuscilla tibi fluviali Tyrye immo Textitur.* de cauea Theocritus. *Ἀντὰρ ὄγ' ἀδελφίκεσι καλαὶ πλέκει ἀκριδοθήρα, Σχοινὸν ἔφερο*

μυσθῶν.

μὲν δὲ ὄν. notat autem hic Calphurnius ἐρωτομαχίαν Lycidæ, de qua quidem animi affectione si quis plura scire desiderat, habet nostros Locos controuersos illic, ubi Horatij carmen hoc, *Miserarum est, neq; amori dare ludum*, interpretamur.

Et nulla tremuere] Produxit vltimam in nulla vel ob cæsura, vel ob positionem sequentis verbi *tremuere* non sine exemplo veterum poëtarum.

Quod si dura times] Respicit quod initio dixerat. *protinus ambas Diduxi tunicas, & pectora nuda rescidi.*

Tradimus ecce manus] Ouid. *Adde manus in uincla meas.* Plautus. *Quid me queris? quid laboras? quid hunc sollicitas? ecce me: Num te fugi? num ab domo absum, num oculis concessi tuis? Nec tibi quidem supplico; uincire uis, hem ostendo manus, Tu habes lora, ego te emere uidi, quid nunc cessas? colliga.* libenter facio, vt quotiescumq; sese mihi occasio præbet, excellētissimi poëta Torquati Tassij testimonia producam, quare conferam locum ex ipsius grandiori poëmate, ubi Tancredus ita Cloridam alloquitur, est enim ab hoc Calphurnij non valdè alienus. *Ecco io ch'ino le braccia, e t'appresento Senza difesa il petto, hor che nol fiedi? Vuoi ch'ageuoli l'opra? i son contento Trarmi l'usbergo hor'hor, se nudo il'chiedi.* redeo propius ad hunc nostrum. facti pœnitentia ducitur Lycidas, seq; peccati pœnam subire velle profitetur, qui mos est amantium, vt puellas placent. Tibull. *sed uictor & ipse Flet sibi dementes tam ualuisse manus.*

Vimine torto] Manuscriptus codex difertè præsegerebat *uerbere*, quomodo loquitur Maro. *illi instant uerbere torto.* rursus de eadem re loquens. *Ceu quondam torto uoluitans sub uerbere turba.* sed & vulgata huius loci scriptura eiusdem poëta auctoritate firmatur, qui dixerit. *Festinate fugam, tortosq; incidere funes.* Ecce iterum stimulat.

Post tergum vite domentur] Vitis erat insigne Cœturionum, qua ij in peccantes milites animaduertebant, inde generaliter ad omnes translata locutio.

Vt mala nocturni] Per transcursum in riualem inuehitur, cui furtum obijcit, quemadmodum sibi inuicem idem crimen expröbrant Menalcas, & Dametas apud Maronem: de furtorū pœnis videndus est alicubi Gellius.

Medio suspendit ouili] Vt cunctis ludibrio esset.

His tamen, his inquam manibus] πῶτος auget repetitio pronominis;

minis; est autem color rhetoricus in hac oratione ad pœnam depellendam, aut saltem minuendam valde accomodatus; consimilis figura spectatur apud Liuium in P. Horatij verbis capitis supplicium à filio sororis necis reo depellere conantis; pete inde, si vacat.

Sapè etiam leporem] Eodè propemodum pacto Nemefianus. *Præterea tenerum leporem, geminaq; palumbes. Nuper, quæ potui, siluarum præmia misi.*

Primæq; rosæ] Quam vim habeat ὑποτίποισις indicat omnium sermone tritum prouerbium, *Rarum carum*, ad quod respexit Plato in illis. τὸ ὄντως ἀριον ὃ εὐδὸν με τιμον, τὸ δὲ ὑδὼρ διαγέτατον, ἀρίστον ὄν ὡς ἐφ' Ἐψιδδαρος. Martialis ait. *Rara inuant, primis sic maior gratia pomis: Hybernæ præcium sic meruere rosæ.* rursus alibi. *Dat festinatas, Cæsar, tibi bruma coronas, Quondam ueris erant, nunc tua facta rosa est.* Ouid. *Et tenui primam deligere ungue rosam.* contra Horatius. *Persicos odi, puer, apparatus, Displicent nexæ phylira corona. Mitte sectari rosa quò locorum Seramoretur.* adi quæ copiosè congesimus in Commētarijs ad Senecam de Beneficijs.

Aurea sed forsan] Non dubium, quin ad prouerbium *Montes aureos polliceri* sit allusum, de quo consule Parcemiographū. Terent. *Is senem per epistolam pellexit, modò non montes aureos pollicens.*

Ferales nocte lupinos] Valdè ἐμφατικῶς dicuntur hæc in Mopsi contemptum, perinde enim est, ac si ita loquatur Lycidas: iacet aurea munera, nihil non tibi polliceatur is, qui furtim alienos lupinos metit, qui vilissimo pane uictitat, qui deniq; cum extrema cunctarum rerum inopia colluctatur: vocat autem *ferales lupinos*, quos *tristes* appellauit Maro. *Aut tenues factus uicia, tristisq; lupini.* *Sustuleris fragiles calamos, siluamq; sonantem.* Ouidius *pallentes* eisdem nominauit. *Nec tu pallentes dubita præbere lupinos:*

Costo pinsare legumina pane] Vel κατὰ τὴν ἰσθολογίαν panem coquere molitis leguminibus; vel confecto pane cibaria parare ex legumine fresso, quo edulio plebei, tenuiorisq; fortunæ homines utebantur, vt est apud Horatium. Lucanus in Panegyrico ad Calphurnium Pisonem. *Claraq; Pisonis tulerit cognomina prima: Humida callosa cum pinseret hordea dextra?*

Manualibus hordea saxis] Cōtemptum auxit Lycidas ab eo, quòd Mopsium panem ex hordeo conficere dixit, eumdemq; suis

fuis manibus molere affirmavit, vtrumq; enim vilissimum est: ferui nequam in pistrium à veteribus cõijciebantur, vt molam versarent, asiniq; vice fungerentur, nã alioquin hoc animal ei muneri deseruiebat, vnde inquit Catullus, *Et non pistri- no traditur, atq; asinus*; id est perinde, atq; asinus: hinc *asinus machinarius*, id est molas agens, de quo fit mentio à Iuriscõ- sulto in l. quãsitum est. ff. de fundo instr. & in l. cum quãritur. ff. de legat. 3. *Et mola asinaria, vel iumentaria*; item *mola manuaria*, quæ & *trufatiles*, de quibus in l. dolia. ff. de fundo instr. hîc igitur Lycidas vilitatem, ac mendicitatem Mopso exprobrat, quòd videlicet molas trufatiles verset; *saxa manualia* vocat Tacitus, quæ sola manu iaci possunt absq; vilius machinæ ope, atq; auxilio: contra de Romano milite ait; *congestas lapidum moles prouolucere*: de *manualibus lapidibus* hoc insuper Sifennæ testimonium reperitur apud Nonium. *Manuales lapides dispartit, propterea quod is ager omnis eiusmodi telis indigebat.* sed & Ammianus ait. *Et quamquam angusti calles difficiliora- dium dabant ad muros, aptatiq; arietes ægre promouebantur manualium saxorum, sagittarumq; metu arcente,* & reliqua. rursus alio libro. *Dimicabatur nihilominus vtrobiq; saxorum manualium nimbis.* contra *saxa muralia* dixit idem auctor, cum de arietis forma loqueretur libro 20.

Laqueum miseri] Desperatione adacti vitam suspèdio finie- mus ab illa ilice, de qua supra dictum est. *En sibi cum Mopso calamos intexere cera* Incipit, & puero comitata sub ilice cantat. ce- terum non desunt exempla eorum, qui præ amoris impoten- tia sibi laqueo collum obstrinxerunt, quod se facturam mina- tur Europa apud Horatium. *Vilis Europæ pater vrget absens: Quid mori cessas? potes hac ab orno* Pendulum zona benè te secuta *Ledere collum.* præsentissimum porrò ad amoris curas deponen- das, atq; amoliendas remedium laqueus esse creditur testan- te id epigrammate Græco.

Mala figentur in arbore versus] *Malam arborem* vocat, quam T. Liuius non vno in loco *infelicem* appellat. *Illicor caput ob- nube liberatoris urbis huius, arbori infelici suspende.* Cicero pro Rabirio. *Illicor colliga manus, infelici arbori suspendito.* nescio an eòdem sit referendum Catullianum illud. *Infelicibus vstu- landa lignis.* pertinet autem ad inuidiam, ingratiq; animi no- tam Phyllidi impingendam carmen, quod de suo interitu scribi vult Lycidas: idem Hypermnestra, cum propinquam mortem

mortem à patre sibi impendere sciret, præstari sibi voluit. Ho- rat. *secundo Omne, & nostri memorem sepulchro Scalpe que- relam.* Ouid. *Inscribere meo causa inuidiosa sepulchro; Aut hoc, aut simili carmine notus eris.* Phyllida Demophon letho dedit; hos- pès, amantem; *Ille necis causam præbuit, ille manum.* & in epi- stola Didonis. *Nec consumpta rogis inscribat Elisa Sichæi; Hoc tamen in tumuli marmore carmen erit.* Præbuit Aeneas & cau- sam mortis, & ensen: *Ipsa sua Dido concidit vsa manu.* Franciscus Petrarca. *E voglio anzi vn' sepolchro bello, e bianco, Chet' vostro nome à mio danno si scriua* In alcun marmo.

Phyllida Mopsus amat] Pronunciatione hoc adiuuandũ est, vt admirationem exprimat; sic fermè Virgilius. *Mopso Nyssa datum?* sed cuiam quæso culpæ affinis iudicari debet puella, si à Mopso ameretur? habet enim hanc vim pulchritudo, vt sta- tim inspecta omnium sibi voluntatem, amoremq; conciliet, itaque sapienter Græci pulchro ex eo indidete nomen, quòd omnes ad se alliciat; dixerunt enim *καλὸν παρὰ τὸ καλῶν*, ὅτι πάντες ἐφ' ἑαυτὸ καλῶν. & veteri prouerbio circumfertur. ὅτι κα- λὸν, φίλον ἀπὸ. Theognis. Ὅτι καλὸν φίλον ἐστὶ, τὸ δ' ἄκαλόν ἐ φίλον ἐστὶ. Τὲτ' ἴπος ἀθανάτων ἠλθε δὶα σωμαίων. cogitabam itaq; num legi oporteret. *Phyllida Mopsus habet.* id est *χρησὶ*; nisi amat ita fortassè dictum sit, vt ostendere velit Lycidas, ne dignum qui- dem esse Mopsus, qui Phyllidem amet, nedum ab ipsa mu- tuò diligatur; eodem consilio dixit Catullus; *Quam sic te sine- res ab isto amari.* loquitur autem de suo puero. vel debet ver- bum *amat* cum effectu accipi, vt sit, amore potitur, quod ex- pressius innueret illa altera lectio *habet*, quamquã ne sic qui- dem obscurus est sensus, & alioqui verbum *habet* in hac signi- ficatione ad turpiculum amorem, aut turpem ipsius vltim referri consuevit; vt apud Terentium. *quis heri Chrysidem habu- it?* hinc iocus ille Martialis. *Quare non habeat, Fabulle queris Vxorem Themison: habet sororem:* sic dixit Demosthenes. *ἐχθὴ λαίδη, ἔκ ἐχθρα.* sed nō expedit in his rebus diutius immorari.

Habet vltima rerum] *πὸ θανάτου* mortis, sic enim ipsam defi- niuit Demosthenes. *πῆρας μὲν ἢ ἐπὶ ἀποσι ἀθανάτου τὸ βίε βί- νατος.* Horat. *Hoc sentit, moriar; mors vltima linea rerum est.*

Si quicquam miseris succurris] Siquidem succurris, meminit enim eius, quod pollicitus fuerat Idas. *Si quid mandare inuabit, Sedulus iratæ contingam nuncius aures.* ceterum sic est apud Ma- ronem. *Non ignara mali miseris succurrere disco.*

Acuta carice testus] Ita quoq; *caricem* vocauit Maro. *Fron-
bus hirsutus, & carice pastus acuta.*

Vicina sepe sub ara] Sub ara alicui Deo dicata; est autem hinc
rò sepe nomen, non aduerbium; quamquam sine diphtongo
scribi debet, vt sit manifesta differentia vel in auferendi casu,
etiam si accentus præterea deesset in extrema syllaba.

Nam bonus à dextra] Omen quarundam rerum à dextra
foelix, à sinistra infœlix. Virg. *Sæpè sinistra caua prædixit ab ilice
cornix. rursum. Quòd nisi me quacumq; nouas incidere lites. An-
te sinistra caua monuisset ab ilice cornix.* Horat. *Teq; nec læuus ve-
tet ire picus, Nec vaga cornix.* porro de augurijs plura à no-
bis collecta sunt in ijs libris, quos de Vniuerso diuinationis
genere confecimus, quæ hinc repetere superuacaneum foret.

E C L O G A IIII.

Interlocutores.

MELIBOEVS, CORIDON, ET AMYNTAS.

- ME.  *VID tacitus Corydon, vultuq; subinde mi-
naci,
Quidve sub ac platano, quæ garrulus astre-
pit humor,
In festâ statione sedes? iuuat humida forsan
Ripa? leuatq; diem vicini spiritus amnis?*
- CO. *Carmina iandudum, non quæ nemorale resulent,
Voluimus à Melibœe, sed hæc, quibus aurea possint
Secula cantari, quibus & deus ipse canatur,
Qui populos, urbemq; regit, pacemq; togat am.*
- ME. *Dulce quidem resonas: nec te diuersus Apollo
Despicit à iuuenis: sed magna muncra Romæ
Non ita cantari debent, vt onile Menalcæ.*
- CO. *Quicquid inest, siluestre licet videatur acutis
Auribus, & nostro tantum memorabile pago:
Dum mea rusticitas si non valet arte polita*

Carmi-

- Carminis: at certè valeat pietate probari.
Rupe sub hac eadem, quam proxima pinus obumbrat,
Hæc eadem nobis frater meditatus Amyntas.
Quem vicina meis natalibus admouet ætas.*
- ME. *Iam puerum calamos, & odoræ vincula ceræ
Iungere nunc cohibes, leuibus quem sæpè cicutis
Ludere conantem vetuisti fronte paterna?
Dicentem Corydon te non semel ista notavi:
Frange puer calamos, & inanes desere musas,
Et potius glandes, rubicundaq; collige corna.
Duc ad mulctra greges, & lac venale per urbem
Non tacitus porta: quid enim tibi fistula reddet,
Quo tutere famem? certè mea carmina nemo
Præter ab his scopulis ventosa remurmurat Echo.*
- CO. *Hæc ego, confiteor, dixi Melibœe; sed olim
Non eadem nobis sunt tempora, non deus idem:
Spes magis arridet certè, ne fraga, rubosq;
Colligerem, viridiq; famem solarer hibisco,
Tu facis: & tua nos alit indulgentia farre.
Tu nostras miseratus opes, docilemq; iuuentam,
Hiberna prohibes ieiunia soluere fago.
Ecce nihil querulum per te Melibœe sonamus;
Per te securâ saturâ recubamus in umbra,
Et fruimur siluis Amaryllidis, vltima nuper
Littora terrarum, nisi tu Melibœe fuisses,
Vltima visuri, trucibusq; obnoxia Mauris
Pascua Geryonis: liquidis vbi cursibus ingens
Dicitur occiduas impellere Bethis harenas.
Scilicet extremo nunc vilis in orbe iacerem,
Ah dolor: & pecudes inter conductus Hiberas,
Irrita septena modularer sibila canna:
Nec quisquam nostras inter dumeta camænas
Respiceret: non ipse daret mihi forsitan aurem
Ipse deus vacuam, longeq; sonantia vota
Scilicet extremo non exaudiret in orbe.
Sed nisi fortè tuas melior sonus aduocet aures,*

O 2

Et no-

- Et nostris aliena magis tibi carmina rident :
 Vis aliena tua subigatur pagina lima ?
 Nam tibi non solum venturos noscere nimbos,
 Agricolis qualemq; ferat sol aureus ortum,
 Attribuere dei : sed dulcia carmina sæpe
 Concinis . & modo te Baccheis musa corymbis
 Munerat, & lauro modo pulcher obumbrat Apollo,
 Quod si tu faueas trepido mihi, forsitan illos
 Experiar calamos, hec quos mihi doctus Iolas
 Donauit: dixitq;, Truces hæc fistula tauros
 Conciliat, nostraq;, sonat dulcissima Fauno.
 Tityrus hanc habuit, cecinit qui primus in istis
 Montibus Hyblea modulabile carmen auena.
- ME.** Magna petis Corydon, si Tityrus esse laboras
 Ille fuit vates sacer, & qui posset auena
 Personuisse chelimi; blande cui sæpe canenti
 Allusere fera: cui substitit aduena quercus:
 Quem modo cantantem rutilo spargebat acantho,
 Nais, & implicitas comebat pectine crines.
- CO.** Est (fateor) Melibæe deus: sed si mihi Phæbus
 Forsitan abnuerit: tu tantum commodus audi,
 Scimus enim, quia te non aspernatur Apollo.
- ME.** Incipe; nam faueo; sed prospice ne tibi forte
 Tinnula tam fragili respiret fistula buxo,
 Quæ resonare solet, si quando laudat Alexis:
 Hoc potius calamos, magis hoc sectare canales
 Per me qui dignas cecinerunt consule siluas.
 Incipe: nec dubita. Venit eni frater Amyntas.
 Cantibus iste tuis alterno succinit ore.
 Dicite: nec mora sit: vicibusq; reducite carmen:
 Tuq; prior Corydon, tu proximus ibis Amyntas.
- CO.** Ab Ioue principium, si quis canit æthera, sumat,
 Si quis Athlantiaci molitur pondus Olympi.
 At qui nunc nostras presenti numine terras,
 Perpetuamq; regit iuuenili robore pacem,
 Latius & Augusto felix arrideat ore.

Te quo-

- AM.** Te quoq; facundo comitatus Apolline Caesar
 Respiciat, montes neu dedignetur adire,
 Quos & Phæbus amat, quos Iuppiter ipse tuctur:
 In quibus augustos visuri sæpe triumphos
 Laurus fructificat, vicinag; nascitur arbos.
- CO.** Ipse polos etiam quo temperat igne geluq;
 Iuppiter, ipse parens quo tu iam proximus ipse
 Caesar abis: posito paulisper fulmine sæpe
 Cresia rura petit: viridiq; reclinus in antro,
 Carmina Dictæis audit Curetica siluis.
- AM.** Aspicias, ut virides audito Casare siluæ
 Conticeant? memini quamuis urgente procella
 Sic nemus immotis subito requiescere ramis.
 Et dixi: Deus hinc certe Deus expulit Euros:
 Nec mora, Pharsalia sonuerunt sibila canne.
- CO.** Aspicias, ut teneros subitus vigor excitet agnos?
 Utq; superfuso magis vbera lacte grauentur?
 Et nuper tonsis exundent vellera fœtis?
 Hoc ego iam (memini) semel hac in valle notauis:
 Et venisse Palem pecoris dixisse magistros.
- AM.** Scilicet omnis eum tellus, gens omnis adorat:
 Diligiturq; deis, quem sic taciturna verentur
 Arbuta, cuius iners audito nomine tellus
 Incaluit, floremq; dedit: cui silua vocato
 Densat odore comas: stupefacta regerminat arbos.
- CO.** Illius ut primum senserunt numina terra:
 Cæpit & vberior succis fallentibus olim
 Luxuriare seges, tandemq; legumine plenis
 Vix resonant siliquis: nec profocata malignum
 Messis habet lolium, nec inertibus albet auenis.
- AM.** Iam neq; damnatos metuit iactare ligones
 Fossor, & inuento, si fors dedit, vitur auro.
 Nec timet, ut nuper, dum ingera verset arator,
 Ne sonet offensa contraria vomere massa:
 Iamq; palam presso magis ac magis instat aratro.
 Ille dat, ut primas Cereri dare cultor aristas

Possit:

Posit, & intacto Bromium perfundere vino:
Vt nudus ruptas sciat calcator in uvas:

Vt quoq; turba bono plaudat saginata magistro,
Qui facit egregios ad peruia compita ludos.

Ille meis pacem dat montibus, ecce per illum
Sen cantare iuuat, seu ter pede lata ferire
Carmina: nonnullas licet & cantare choreas.

Et cantus viridante licet mihi condere libro.
Turbida nec calamos exurdant classica nostros.

Numine Casareo securior ipse Lyco.

Co. Pan recolit siluas: & amœna Faunus in umbra
Securus recubat: placidoq; in fonte lauatur
Nais: & humanum non calcatura cruorem
Per iuga siccato velox pede currit Oreas.

Am. Dii, precor, hunc iuuenem, quæ vos (nisi fallor) ab ipso
Aethere misistis, post longa reducite vitæ
Tempora, vel potius mortale resoluite pensum:
Et date perpetuo cœlestia fila metallo.
Sit deus, & nolit pensare Palatia cœlo.

Co. Tu quoq; mutata seu Iuppiter ipse figura
Cæsar ades, seu quis superum sub imagine falsa
Mortalisq; lates: & enim hunc deprecor orbem,
Hos precor æternos populos rege: sit tibi cœli
Vilis amor, cæptamq; pater ne desere terram.

Me. Rustica credebam nemorales carmina vobis
Concessisse deos, & obæsis auribus apta.
Verum quæ imparibus modo concinuisistis auentis,
Tam liquidum, tam dulce canunt, ut non ego malim,
Quod Peligna sôlent examina, lambere nectar.

Co. O mihi quam tenero decurrunt carmina versu.
Tum Melibœe sonent: si quando in montibus istis
Dicar habere larem: si quando nostra videre
Pascua contigerit. vellit nam sæpius aurem
Inuidia paupertas, & dixit vilia rura.
At tu, si qua modo non aspernanda putabis,
Fer Melibœe deo mea carmina, nam tibi fas est

SACRA

Sacra Palatini penetralia visere Phæbi.

Tum mihi talis eris, qualis qui dulce sonantem

Tityron e siluis dominam deduxit in urbem,

Ostenditq; deos; & spreto dixit ouili

Tityre rura prius; sed post cantabimus arma:

Respiciat nostros utinam fortuna labores.

Am. Pulchrior & merita faucat deus ipse iuuentæ.

Nos tamen interea tenerum macerabimus hædum,

Et pariter subitæ peragemus fercula cœnæ.

Me. Nunc ad flumen oues deducite. iam fremit æstas:

Iam sol contractas pedibus magis admouet umbras.

COMMENTARIUS

In Eclogam Quartam.



B argumento poematij factus est huic Eclogæ titulus Cæsar; sic enim visitur in codicibus Florentiæ diuulgatis à Philippo Iuncta.

Quid tacitus Corydon] Cogitabundi habitum, ac gestum exprimit: sic Horatius. An tacitum siluas inter reptare salubres.

Sub hac platano] Sic etiam dixit Nemestianus. Atq; sub hac platano mæsti solatia casus Alternant. fuit enim hæc arbor in delicijs habita ob amœnitatē umbræ, quare crebra eius mentio ætat apud poetas. Moschus ait. Ἀντὶ τῶν ἐμοὶ γλυκῆς ὕπνος ὑπὸ πλατάνῳ βαθυφύλλῳ, καὶ περὶ τῶν φιλοῦμαι τὸν ἐπίθετον ἔχον ἀκέρην. Horat. Cur non sub alta vel platano, vel hac Pinu iacentes sic temerè, & cætera. sed & M. Tullius lib. 1. de Oratore. Nam me hæc tua platanus admonuit, quæ non minus ad opacandum hunc locum patulis est diffusa ramis, quàm illa, cuius umbram sequutus est Socrates.

Garrulus atrepat humor] Nō aliter fermè Lucretius. Propter aquæ riuuum sub ramis arboris altæ. Virgilius in Culice. Riuuum propter aquæ viridi sub fronde latentem. Tibull. Sed canis æstiuos ortus

ortus vitare sub umbra Arboris ad riuos prætereuntis aquæ.

Insesta statione sedes] Cur insesta dixerit, docuit illis verbis; garrulus astrepit humor. sed & illis alteris versibus ratio reddi potest. Namque sub exeso raucum mihi pumice lymphæ Respondent; & obest argui glareæ riuui. sunt qui legant inlecta.

Leuatq; diem] Diei æstum: physicè autè locutus est, etenim ex fluminibus frigida quædam aura assiduè spirare solet, veluti scriptum reliquit Aristoteles in Problematis: sed & apud Arrianum in descriptione maris Euxini ita exaratum legas. οὐδὲν ἐπιόμην, πρὶ μὴ πρώτα πᾶσι αἰθέρις πᾶσι ἐκ τῶν ποταμῶν πυδισσας ἐὼς δὲ καὶ αἰμα πᾶσι κώπας διὰ χροῦσθαι. Ἄρχαι μὲν ἔβουσαν αἰθέρι, ὡς λέγει καὶ Ὀμηρος. auctor poëmatij, cui titulus Aetha, Flumina parua ferunt auras, inquit: quod Ammianus quoq; confirmat. Plinius narrat Nilum vnum omnium fluminum nullas expirare auras, id quod etiam apud Heliodorum Aethyopicorum libro 2. reperias: testatur etiam Diodorus libro 1. vbi causas inundationis Nili perferutatur.

Nemorale resultat] Supra. nihil armentale resultat.

Secula cantari] De aureo seculo videndus est Hesiodus, & ex nostris Ouidius: res omnibus nota est, ac valdè puulgata.

Deus ipse] Imperator. sic Virgilius. O Melibæe deus nobis hæc oia fecit.

Urbemq; regit] Romam κατὰ τὴν ἀπονομασίαν, ἠὲ ἔροχον. Horat. rubente Dextera sacras iaculatus arces Terruit urbem.

Pacemq; togatam] Toga proprium fuit Romanorum vestimentum, vnde Virgilius. Romanos rerum dominos, gentemq; togatam. ea utebatur domi, cum foris in militiam profecti chlamydem, aut sagum, aut lenam sumerent, hinc toga pro pace, sagum pro bello. Ouid. Occidit exemplum iuuenis memorabile morum, Maximus ille armis, maximus ille toga. Martial. Clarum militiae Fronte, togæq; decus. M. Tullius Oratione in Pisonem. Cedant arma togæ, concedat laurea lingue. idem secunda aduersus Catilinam. Atq; hæc omnia sic agentur, Quirites, vt res maxime minimo motu, me vno togato duce sedentur. idem de sago Philippica. 5. Iustitium indici, sago sumi dico oportere. rursus octaua. Delectus tota Italia deserti, sublati uocationibus: sago cras sumentur. rursus 13. Te non intelligis, delecta tota Italia habito, Consulibus m'bis, Cæsare ornato, sagis deniq; sumptis, hostem iudicatum.

Magna munera Romæ] Quid si legamus mænia? & quidem oportere arbitror ob id, quod statim sequitur. Non ita cantari debet,

debet, vt oule Menalæ. natus est autem error ex antiqua orthographia mænera pro munia. Romam verò magnam appellauit vel ob amplitudinem Imperij, vel ob murorum ambitus magnitudinem. Virg. hic maxima porrò Accepit Roma. & iterum. nunc maxima rerum Roma colit. rursus. Et iuxta Ascanius magna spes altera Romæ. alibi altam nominauit. Albaniq; patres, atq; alta mænia Romæ. alibi quoq; postquam de Roma per comparisonem locutus est, ita sermonem claudit. Verum hæc tantum alias inter caput extulit vrbes, Quantum lenta solent inter viburna cupressi.

Non ita cantari debet] Significat τὸ πρῶτον seruandum esse, quomodo etiam inquit Horatius. Nos, Agrippa, neq; hæc dicere, nec grauem Pelidæ stomachum cedere nescy; Nec cursus duplicis per mare Vlysei, Nec sequam Pelopis domum Conamur, tennes grandia: & quæ ibi sequuntur. sic etiam Virgilius. Cum canerem reges, & prælia Cynthius aurem Vellit, & admonuit pastorem Tityre pingues Pascere oportet oues: deductum dicere carmè. Columella. Ista canat maiore Deo, quem Delphica laurus Impulit. & reliqua.

Acutis auribus] Aliter hinc accipiendæ sunt acutæ aures, quàm fecerit Nemesianus dicens. aut digitis aures astringit acutas: hinc enim attentas, & ad audiendum erectas, vel dociles intelligit poëta, quibus infra opponit obesas: & obesis auribus apta. illic verò ὀξίας, id est fastigiatas, & in acumen collectas: Ausonius appellauit nares acutas, quæ sagaciter odorarentur. minus aptus acutis Naribus horum hominum.

Valeat pietate probari] Pietas hoc loco idem pollet, quod apud M. Tullium, ibi. Ego omni officio, ac potius pietate erga te ceteris satisfacio omnibus, mihi ipse numquam satisfacio.

Proxima pinus obumbrat] Cum platano pinum coniungit, supra enim dixerat: quidue sub hac platano, qua garrulus obstrepit humor Insesta statione sedes: idq; rectissimè; certè Horatij exemplum secutus videri potest dicentis. Cur non sub alta vel platano, vel hac Pinu iacentes sic temere.

Inter meditatus Amyntas] Blandè Amyntam appellat; sic etiam supra. Hoc potius frater Corydon nemus, ista petamus Antra patris Fauni.

Odora vincula cere] Mellis odorem adhuc seruantis; hæc enim præter ceteras nota est optimæ ceræ auctore Plinio.

Nunc cohibes] Alicubi spectabatur cogis, q̄ reijci nō debet.

P

Fronte

Fronte paterna] Seuera, vel simpliciter admonitoria, nam in priore sensu dixisset potius patrua, sicut Horat. *aut ex- Animi mari metuentis patruæ verbera lingue rursus. siue ego prauè, seu rectè, ne sis patrius mihi.* Catullus in Gellium. *Gellius audierat patrum obiurgare solere, Si quis delicias diceret, aut faceret.* M. Tullius pro Cælio. *Qui in reliqua vita mitis esset, fuit in hac causa periristis quidam patrius, censor, magister.* idem ad Atticum. *Cura, amabo te, Ciceronem nostrum, ei nos tibi videmur.*

Frangere puer calamos] Iuuenal. *Frangere miser calamos, vigilataque prælia dele.* sic etiam Martialis. *Frangere leues calamos, & scinde Thalia libellos, Si dare sutori calcensista potest.* sic apud Theocritum seipsum admonet Cyclops. *Αἰὲν ἄντρον τὰ λήρος τε πλῆ- καὶ καὶ ἐκδοῦν, ἐμῶσας τοῖς ἀφίεσιν ἀφῆσιν, τὰ ἄλλα ἐν πολλῷ μὲν ἔχουσιν ἔσθῃ.* vnde sumptit Virgilius, quod ait. *Quin tu aliquid saltem potius, quorum indiget vsus, Viminibus, mollique paras, detexere iunco?* de inani studio poetarum. multa extant querela apud scriptores, atq; Ouidius quidem se à patre obiurgatum fuisse narrat his verbis. *Sapè pater dixit, Studium quid inutile tentas, Meonides nullas ipse reliquit opes.* Martialis ad Flaccum. *Pierios differ cantusq; chorosq; sororum, Aes dabit existis nulla puella tibi: & cætera.*

Rubicundaque collige corna] Virgil. *prunis lapidosa rubescere corna.* Horat. *quid si rubicunda benignè Corna uerpres, & pruna serant?*

Lac venale per urbem] Ex hac consuetudine omen factum est Crallo in Parthos proficiscenti ab eo, qui ficus Cauneas in- clamauit, auctore Plinio; eodem referendum est Persianum il- lud. *Dum ne deterius sapiat pannucea Baucis, Cum benè discimèto cantauit ocyma vernæ.* Martial. *Quod fumantia qui tomacla rau- cus Circumfert tepidis coquus popinis, rursus. Surgite iam pue- ri, clamat ientacula pistor.*

Quo tutere famem] Claudian. *Extremam defende famem.*

Ventosa remurmurat Echo] Cur ventosam Echo appellauerit, curq; remurmurat dixerit, sciri potest ex Aristotele in Proble- matis, ubi illius effectus causam reddit, ad quam rem viden- dus est etiam Plinius libro 2. cap. 44. & Lucretius libr. 3. de ea sic ait Maro. *aut ubi concaua pulsa Saxa sonant, vocisq; offensa resultat imago.* Horat. *cuius recinit iocosa Nomen imago, rursus. & iocosa Redderet laudes tibi Vaticanæ Montis imago.*

Non eadem nobis sunt tempora] Sententia Terentiana. *Nunc hæc*

hæc tempora aliam vitam, alios mores postulant. olim autem tem- pus presens denotat.

Rubosq;] Mora in rubis nascentia; sic *quercus, & fagus* pro glande quandoq; ponitur.

Iam me solater hybisco] Qui gregibus obijci consuevit, vnde extrema paupertas denotatur: verbo *solari* in hac re vsus est etiam Maro dicens. *Concussa q; famem siluis solabere quercu.*

Indulgentia farre] Pro fragis, moris, hybisco, atq; alijs hu- iuscemodi vilibus: opponit autè *alere τὰ solari*: quocirca ita- tim dicit. *Per te secura saturi recubamus in vmbra.*

Ieiunia soluere fago] Virg. *Vuidus hesternæ venit de glande Me- nalcas.* rursus. *Concussa q; famem siluis solabere quercu.* in aliqui- bus exemplaribus *pellere* legebatur: hinc nos dicimus *asciolue- re*, quasi ieiunium soluere per subauditum intellectum.

Recubamus in vmbra] Virg. *Tiryre tu patula recubans sub teg- mine fagi.*

Siluis Amaryllidos] *Amaryllis* pro Roma, quomodo etiam Virgilius dixerat. *Postquæ nos Amaryllis habet, Galatæa reliquit.*

Litora terrarum] Quæ sint hæc vltima terrarum litora sta- tim expressius docebit, alioquin de Thule, aut Britannia intel- ligi potuisset, dicente Marone. *tibi seruiet vltima Thule.* atq; alibi. *Et penitus toto diuisos orbe Britannos.* caput autem Bethi- cæ extremum fuisse notū orbis terminū tradit etiam Solinus; itaq; Silius ait. *Atq; hominum fidem Gades, Calpemeq; secutus; Dum fert Herculeis Garamantica signa columnis; Occubuit sæuo Tytius certamine ductor.* hinc natum prouerbiū τὰ πρὸς Γα- δῆσιν ἔσθῃ.

Pascua Geryonis] Insula Erythria, siue Gadir, in qua pro- pter soli fertilitatem Geryonem habitasse fabulantur poeta, cuius armenta Hercules abduxerit, de cuius vbertate viden- da sunt, quæ scribit Strabo lib. 3. consule etiam, si libet, Dio- nysium de Situ orbis.

Liquidis cursibus] Horatius dixit *liquido pede*, cum eandem rem exprimere veller; nam *liquidum* etiam simpliciter de aqua enunciat; vnde & ipsam nomine generis ita vocat Hora- tius ibi. *Vt tibi, si sit opus liquidi non amplius vna, Vel cyatho, & dicas magno de flumine mallem, Quàm ex hoc fonticulo tan- tumdem sumere.* Græcè Plutarchus sic. *ὡς ἐν ἰσθμῷ τῆς προταγα- ρῆς τὸ ὑπερὸν τῶν ὕδατων.* *Liquidas undas* dixit Catullus. *Dicuntur liquidas Neptuni nasse per undas.* Tibull. *liquida delect amnis aqua.*

Tiballus ad Messalam. *Splendidior liquidis cum sol caput extulit
vndis.* Nemes. Ecl. 2. *Nec tremulum liquidis splenderet lumine in vndis.*

Bethys arenas] Hispania fluvius, qui regioni, quam inter-
fluit, nomen dedit.

Conductus Hiberas] Mercenarius, alieni gregis pastor, cu-
ius nota hominum conditio vilissima erat, hinc Menalcas apud
Maronem. *Hic alienus oves custos bis mulget in horas*: vide Lu-
ciani Dialogum, qui ab hoc hominum genere nomen sumpsit.

Irrita septena] Fistula περιφρασις, qua septem cannis con-
stabat. Virgil. *Est mihi disparibus septem compacta cicutis. Fistu-
la*: his Theocritus duas addit. Συγγύ, αὐτὴ ἐπὶ ἅπασα καλὰ ἐργὰ ἐπι-
αφώνου. cur autem fistula septem cannis compingeretur, doctā,
atq; abstrusam rationem affert summus amicus meus, idemq;
vir, si quis alius eruditissimus Fabius Paulinus in suo illo pre-
claro opere, quod *Hebdomades* inscripsit; eam illic inspicere ve-
lim, nam mihi in his Commentarijs non est propositum in
isthac φιλοσοφίᾳ digredi.

Camænas respicerent] Virg. *Libertas, que sera tñ respexit inertē.*
de verbo *respicere* memini me quippiam superius adnotasse.

Ipsè Deus] Amicus potentior, siue ipse Imperator; dixi-
mus supra.

Non exaudiet] Et quod consequens est, mihi non faueret,
aut opem ferret: sic Horat. *prece qua fatigent Virgines sanctæ
minus audientem Carmina Vestam.*

Tibi carmina rident] Pro arident κατὰ ἀφαιρεσιν, qua figura
crebrò occurrit in bonorum poetarum descriptionibus; talia sunt
& illa; *temnere, ruere, stare, mittere*, atque alia his similia pro
contemnere, eruere, obstare, omittere.

Vis aliena] Loquitur Corydon de suis carminibus, qua
aliena vocat; vel legendum est *hodierna*, quod docti viri ad-
monuerunt, & est in codicibus Florentiæ impressis à Philip-
po Iuncta anno salutis. 1504.

Nam tibi non solum] Quod pastores interdum facere con-
sueverunt, itaq; Ecloga insequenti Mycon pater signa futu-
ræ pluuia Cantum filium docet, eademq; tradit Virgilius in
Georgicis; sed & Aratus in Phœnomenis aliqua commemorat.

Sol aureus] Virgilius de hac re sic cecinit. *Sol quoq; & exo-
riens, & cum se condet in vndas, Signa dabit; solem certissima si-
gna sequuntur, Et quæ mane refert, & quæ surgentibus astris.*
quæ sententia Aratum auctorem agnoscit in illis. Η'ελιοιο δὲ
τοῖ μίση

τοῖ μελιτοῦ ἐκὰτρηθου ἰόντος, Ἡελίω καὶ μάλλον εἰσικότα σήματα καίτοι
ἀμφοτέρων, δύνουσι, καὶ ἐκ πρώτης οὐδύνουσι. consule Plinium. lib. 18.

Baccheis Musa corymbis] Hedera, qua nimirum poeta co-
ronari solent, vnde ab Horatio *præmium doctarum frontium* vo-
catur. *Me doctarum hederæ præmia frontium Dis miscent superis:*
& alibi. *seu condis amabile carmen, Prima feret hederæ victricis
præmia.* Virgil. *Pastores hederæ crescentem ornate poetam*; ad
quod carmen consule Seruium: *corymbus* dicitur hederæ fru-
ctus in modum racemorum vna conformatus; meminit Pro-
percius. *Pelle hederam tumulo, mihi quæ pugnante corymbo Mol-
lia contortis alligat ossa comis.* de lauro etiam res notissima est,
itaq; plura dicere superfedeo.

Here quos] *Here* (inquit Sestus Pompeius Festus) *id est ad-
uerbium temporis heri dictum à Græco χῆρς.* & Quintilianus.
*Heri nunc i litera terminatur, at veterum Comitorum adhuc libris in-
uenitur Here ad me venit.* eo Iuuenalis vsus est. *Spes hodie minor
est, here quàm fuit.* sic etiam Martialis. *Et positum est nobis nil
here, præter aprum.* rursus alibi. *Vnguentum, fateor, bonum dedi-
sti Conuiuis here, sed nihil scidisti.* item alibi. *Cur here, quod de-
deras, hodie puer Hile negasti?* rursus ibidem. *here qui puer Hile
fuissti.* per Iolam fortasse Nemesianum intelligit, cui hæc Idyl-
lia dicata esse voluit.

Dixitq; truces] Muneris commendatio ex Terentij præce-
pto. *Munus, quantum potes, verbis adorna.* sic Virgilius. *Est
mihi disparibus septem compacta cicutis Fistula, Dametas dono
mihi quam dedit olim; Et dixit moriens, te nunc habet ista secun-
dum.* ac rursus alibi. *Floribus, atq; apio crines ornatus amaro Di-
xerit: hos tibi dant calamos (en accipe) Musæ; Ascrao quos ante
feni, quibus ille solebat Cantando rigidas deducere montibus or-
nos.* quibus allusum videtur ad fabulam Orphei: fistula ve-
rò cantu feras bestias cicurari plures tradiderunt, & notat Vi-
ctorius Varijs Lectionibus: de ceruis quidem sic ait Aristote-
les de Historia animalium libro 9. ἀλίσκονται δὲ θηροδομῆαι αἰ
ἐλαφοὶ σεριπτότων καὶ ἀδόντων, αἷσε καὶ κατακλίνονται ὑπὸ τῆς ἰδούσης. δύο
δ' ὄντων, ὃ μὴ φακρῶς ἀδει, ἢ σεριπται, ὃ δὲ ἐκ τῆς ἐπιθετο βάλαι.

Tityrus hanc habuit] Virgilius, qui sub ficta Tityri pastoris
persona canere introducitur sua prima Ecloga: is verò apud
Latinos primus Bucolicum carmen cecinit imitatus Theocri-
tum; itaq; de se ipso ait. *Prima Siracusio dignata est ludere ver-
su Nostra, nec erubuit siluas habitare Thalia.* per Hyblæam aue-
nam

nam Siracusanam intelligit, & per hanc Theocritum ipsum, quem secutus est Maro, ut diximus.

Personuisse chelym] Qui fistulam, quæ pastorum propria est, ad heroum, deorumq; laudes concinendas adhibere posset. Horat. *teq; testudo resonare septem Callidæ neruis. Nec loquax olim, neq; grata, nunc & Diuitum mensis, & amica templis.* vel qui fistulam ad eò scitè tractaret, ut lyra sonum propemodù referret, atq; ipsi quàm proximè accederet. Horat. *Tibia non ut nunc oricalcho vincta, tubaq; Aemula.* Quintil. lib. 10. cap. 1. *Sterficor us quàm sit ingenio validus, materia quoq; ostendunt maxime bella canentem, & Epici carminis onera lyra sustinentem, & si æmuleret modum, videtur æmulari potuisse Homerum.*

Aduena quercus] Qui canendi artificio celebres eluent, Orpheo pares esse dicuntur, de quo multa fabulantur poëtae, atq; inter cætera de ipso narrare solent, quòd feras cantu alliceret, arboreq; radicitus euulsas sono testudinis quòcumq; velleret, sequi cogeret, ita enim præter cæteros, scribit Philostratus Iunior in Imaginibus. *νεαρίδιον δὲ τι καὶ μῆλον ὁ ζωγράφος, δὲν δὲ αὐτὸ ἀδαπῶσας τῶν ῥιζῶν, ἀκρόατος ἀρετὰ ταῦτα τῷ Ὀρφεῖ καὶ πορτεῖ ἵσχυρον αὐτῷ περὶ κρησῶν, καὶ κρησῶν, καὶ κληδῶν, καὶ αἰθῆρας κῆτι, καὶ ἕσα ἄλλα δειδῶν συμβαλόντα τὰς πῆρες, διὸν χῆρας, πῶδε τὸν Ὀρφέα ἴσκηκε.* Sed & Ouidius Metam. 10. copiosius hoc argumentum profequitur ab illo versu. *Umbra loco venit, non Chaonis absuit arbor.* item Horatius. *Vnde vocalem temerè inscutæ Orphea siluæ, Arte materna rapidos morantem Fluminum lapsus, celesq; ventos, Blandum & auritas fidibus canoris Ducere quercus.* hic noster in illis. *Affuit omne genus pecudum, genus omne ferarum, Et quocumq; vagis alitum ferit aëra pennis.*

Rutilo spargebat acantho] Virgilius *croceum* appellauit. *Et circumtextum croceo velamen acantho.*

Commodus audi] In hoc commodus, si audiueris. Horat. *Donarem pateras, grataq; commodus Censorine meis æra sodalibus.* sic Tibullus. *Et magnas messes terra benigna daret.*

Si quando laudat Alexim] Manifestò alludit ad secundam Maronis Eclogam.

Consule siluas] Et hic versus illum Virgilij respicit. *Si ranimus siluas, siluæ sint Consule dignæ.* atq; vniuersam denique illam Eclogam.

Altero succinere ore] Alterum ab hoc carmè vim aperit verbi *succinere*, significat enim cantum alterius excipere, & post alium

alium easdem partes sumere, vnde tibia *succentiua* dicitur, quemadmodum *incentiua* ea appellatur, qua caëndi fit principium; docet Varro lib. 1. de Re rustica. porrò Amyntam *fratrem* vocat, vel quia verè frater esset, vel ob amoris erga ipsum abundantiam, sic supra Ecloga prima. *Hoc potius frater Corydon nemus, ista petamus Antra patris Fauni.*

Vicibusq; reducite carmen] Virgilius dixit; *Alternis dicetis, amant alterna Camæna.*

Tuq; prior] Non aliter ferè Maro. *Incipe Dameta, tu deinde sequere Menalca.*

Ab Ioue principium] Sic etiam Virgilius. *Ab Ioue principium Muse, Iouis omnia plena:* in quo Ararum imitari voluisse crediderim, qui dicat. *Ἐκ Διὸς ἀρχὴν ὄμιλον τὸν ἀδελφῶν ἀδελφῶν ἀδελφῶν ἄξιον τὸν.* Sed & Theocritus quoq; inquit. *Ἐκ Διὸς ἀρχὴν ὄμιλον, καὶ ἐκ Διὸς ἀρχὴν ὄμιλον.*

Pondus Olympi] Vocat *pondus* alludens ad fabulam Atlantis, qui cælum humeris sustinuisse fingitur: figmentum est peruulgatum.

At qui nunc nostras] Non longè diuersus ab it Horatius dicens. *Cælo tonantè credidimus Iouem Regnare, presens diuus habebitur Augustus adiectis Britannis. Imperio, grauibsq; Persis.*

Quos & Phæbus amat] Vel *νικῶς*, propterea quod Apollo pauerit Admeti greges, ut alibi admonuimus, vel Palatiū intelligit, vbi erat bibliotheca Apollini ab Augusto dicata: per montes verò, quos Iupiter ipse tuetur, Capitolium intellige, in quo Iouis pheretrij templum construxerat Romulus opima spolia de Acrone referens, ut narrat Plutarchus, & Liuius.

Laurus fructificat] Qua nimirum fronde triumphaturi duces coronabantur: sumebatur autem ea laurus non ex Capitolio, quemadmodum hîc subindicare videtur Calphurnius, sed ex Cæsarium villa, cui nomen ad Gallinas fluuius Tiberi imposita iuxta nonum lapidem Flamminia via, qua de re consulendus est Plinius libro 15. nisi fortè malumus intelligere de laureto, quod erat in monte Auentino teste eodem Plinio; quamquam vniuersè ante Cæsarium, ac Pontificum domus ea arbor seri cōsuevit, sicut ibidem tradit idem auctor: sed quod ait Calphurnius *fructificat* ad rem amplificandam pertinet, nā cum laurus omnis sua vi sterilis sit, triumphalis certè infœcunditatis vitio præ cæteris notatur à Plinio eo ipso libro. per *vicinam* verò *arborem* quercum intelligit, quam ciuis ciui, à quo

quo seruatus erat in prælio, testem vitæ, salutisq; acceptæ dabat, auctore Gellio, ea verò è fronde querna fiebat, quoniã cibis, victusq; antiquissimus quercus capi solitus sit: reliquum *vicinam* hîc appellat Calphurnius ad Palatinam quercum, ni fallor, alludens, antè ædes enim Augusti fuit ingens quercus, quam ob ciues seruatos positam fuisse tradunt: eius meminit Ouidius dicens. *Causa supposita scripto testata coronæ Seruatos ciues indicat huius ope. Et Iouis hæc dixi, domus est, quod ut ipse putarem Augurium monti querna corona dabat.* nec non Iuuenalis in illis. *Cum farre, & vino Ianum Vestamq; rogabat, An Capitolinam deberet Pollio quercum Sperare, & fidibus promittere quid faceret plus.* Martialis quoq; ad illam respexit dicens. *O cui Tarpeias licuit contingere quercus, Et meritam prima cingere fronde comam.* possumus etiam de querceto Montis Cælij dictum accipere, constat enim Cælium montem *Querquetulanum* fuisse nûcupatum à multiplici quercu, qua cõseptus erat.

Posito paulisper fulmine] Sæpè grauioribus curis omittis mîtiori aliquo studio se oblectat; tale quippiam reperit apud Horatium de Apolline ibi. *quondam cythara tacentem Suscitatur Musam, neq; semper arcum Tendit Apollo.* & in carmine Seculari. *Condito mitis, placidusq; telo Supplices audi pueros Apollo.*

Curetica siluis] A Curetis, seu Corybantis decantata: fuerunt autem Curetes Deorum administri, qui propterea Iouem in Creta aluisse crediti sunt: de ipsis longa sanè, atq; proluxa extat narratio apud Strabonem *γεωγραφικῶν* lib. 10. sed præterea Diodorus, & Hyginus videndi sunt, neq; non item Lucretius ab illo versu. *Dicitæos referunt Curetas, qui Iouis illum Vagitum:* & reliqua.

Conticeant] Quæ paulò antè ventorum vi agitata strepitû, ac murmur edebant, Cæsaris mentione iniecta statim conticuerunt; est autem hoc solemne poëtis, cum Dei aduentum significare volût. Lucrèt. *Te Dea, te fugiunt venti, te nubila cæli, Aduentumq; tuum, tibi suaves dædala tellus Summittit flores, tibi vident æquora ponti, Placatumq; nitet diffuso lumine cælum.*

Subitò] Magno consilio additur hoc, videlicet, ut res monstri similis efficiatur; alioqui enim paulatim ventum defistere naturaliter consuevit: supra inuenias eandem ferè sententiam. *Defistunt tremulis incurrere frondibus Euri, Altaq; per totos fecere silentia montes.*

Pharsalia sonuerunt sibila canna] Iudicij comprobatio ab euentu

euentu; *Pharsalias* verò cannas vocat rustica simplicitate pro Arcadicis, ut ad Syringæ fabulam sit allusum; huic affine prope modum est Maronianum illud. *Amphion Dirceus in Aethiæ Aracyntho.* quidam per *Pharsalias cannas* accipiunt fistulas ex auletico calamo confectas, qui in stagnantibus Orchomenij Thessalia fluuij aquis copiosè proueniunt, de quo plura scribit Plinius lib. 16. in quibusdam codicibus legebatur *soluerunt autem rē sonuerunt*, id est continuò Numeriano applaudentes sonitum dederunt.

Subitus vigor] Eodem epitheto exornauit agnos Virgilius. *Sepè tener nostris ob ouilibus imbuet agnus.* est autem vniversus hic locus ex Virgilio nescio quo pacto expressus, ille enim sic inquit. *Errantes hederas passim cum baccare tellus, Mistaq; ridenti colocasía fundet acantho.*

Exudent vellera fetis] Conieci olim esse legendum, *exudent vellera fetis*, à qua coniectura ne nunc quidem valdè abhorreo, præsertim cum in quibusdam libris disertè spectetur illud *exudent*, verumtamen, quoniam scribit Varro tonsuræ esse tempus inter æquinoctium vernum, & solstitium, cum sudare oues incipiunt, à quo sudore recens lana tonsa succida est appellata, ἀπέχρω: ad totius huius loci sententiam faciunt verba Plutarchi in Commentario, quo causam quarit, Cur Pythia carminibus oracula reddere desierit inquit. οἱ μὲν οὖν ποδὲ τὸ Γαλαξίον τῆς Βοιωτίας κατοικοῦντες, ἴδοντο τὸ θεὸν τελευτῆσαι γενεῶν, ἀφθονία καὶ ποδὲ εὐστία γάλακτος, πρὸ πάντων ἢ ἐκ πάντων κελάρια ὡς ἀπὸ κρητῶν φάρμακων ὕδαρ θύλειον γάλα. τοῖς δὲ ἐμπύλλων ἐστυμφοσι πῖος, ἀσκόδες δὲ ὅτε τις ἀμφοδὸς ἐκίνησε δόμοις πέλαι δὲ εὐλίνοι πῖοι πλάθει ἀπάντες. Deos verò hominum cætibus quandoq; se inserere consueuisse cecinit Homerus dicens. *Καὶ πὲ θεοὶ ξένισιν εὐκλόπης ἀλλοδαποῖσι, Περὶ τοῖσι πλεθόντες ἐπὶ σφραφῶσι πόλυαε.*

Semel hac in valle notauit] Tenuis coniectura ex non admodum firma obseruatione, itaq; suspicabar fuisse scriptum *semel haud*, id est persæpè: verumtamen, ut alij id sæpè obseruauerint, Corydoni sanè non nisi semel vsu venit, ut idem inspiceret, vel semel in illa valle, persæpè fortasse alibi, quare nil est immutandum.

Taciturna verentur Arbuta] Aut vocis expertia, aut ventorum spiritu minimè agitata, dixerat enim paulò antè. *Aspicis, ut virides audito Casare siluæ Conticeant?* atq; hoc quidem pacto accipi malo epithetum illud, quod alioquin ineptum es-

set, propterea quod non dicatur quippiam eo carere, quod ad id suscipiendum non sit accomodatam, veluti docet Alexander Aphrodisiensis in Commentarijs ad tertium librum Topicorum Aristotelis.

Iners tellus] Sic etiam tellurē appellavit Horatius. *Qui terram inertem, qui mare temperat Ventosum. & brutam* alio loco eodem sensu. *Quod bruta tellus, & vaga flumina.* simili ratione dictum est & illud. *Pone me pigris ubi nulla campis Arbor a silva recreatur aura.* per pigras enim campos incultos intelligit, horridos, ac deniq; steriles, & infrugiferos.

Incaluit] Reddita est apta generationi, quæ nimirum à calido fit, & sicco, tamquam à causis conficientibus, cum terra igitur sua vi, ac natura frigida sit, si flores, aut aliud paritura est, necesse est, ut extrinsecum calorem assumat, atq; ad eò solis radijs intepescat, alioqui iners manebit, & infecunda: sentit Galenus libr. 1. de Naturalibus facultatibus in animalibus, ac stirpibus calidum, ac frigidum præcipuè agere, siccum vero, & humidum pati, id quod Aristoteles multò ante scripturè reliquerat tum alibi, tum initio quarto Meteorologic. dum loquitur de quatuor primarum facultatum numero, earumq; conjugationibus his verbis. *ὅν τὰ πρὸς θεοῦ, ποιητικὰ, τὸ θερμὸν, καὶ τὸ ψυχρὸν, τὰ δὲ θεοῦ παθητικὰ, τὸ ξηρὸν, καὶ τὸ ὑγρὸν.* & quæ ibi sequuntur, nam quod illic Aristoteles dixerat, statim ratione confirmare aggreditur.

Cui silva vocato] Alicubi spectabatur quo: *vocata* autem positum est pro aduocato.

Succis fallentibus olim] Spei agricolæ non respondentibus, aliter dictum est à Marone; & *fallax herba veneni.* idem ait. *Grandior & sætu siliquis fallacibus esset.* quidam suspicantur legi debere *fulcis* pro *succis*.

Vix resonant siliquis] Cum siliquæ plenæ sunt, legumen, quod intus absconditur, nusquam se commouere potest, itaq; nec sonum reddit, hoc enim consequens omninò est. Virgilius inquit. *Vnde prius letum siliqua quassante legumen, Aut tenues fœtus viciæ, tristisq; lupini Sustuleris fragiles calamos, siluamq; sonantem: vix autè absolutè inficiatur, quomodo etiam summi debet in illo Terentij. vix apud me sum:* ac sic antea dixerat Lucilius. *Carcer vix carcere dignus.* notant grammatici.

Mesis habet lolium] Eadem ratione infelix appellavit Maro, *intereunt segetes, subit aspera silua, Lappaq; tribuliq; interq;*

verq; nitentia culta Infelix lolium, & steriles dominantur auenæ. Metuet iactare ligones] Si quis hunc locum planissimè sibi aperiri cupit, adeat Luciani Timonem, vnde exemplo ante oculos posito Calphurnij *φαντασία* mirificè illustratur, neque enim dubito, quin eò respexerit poëta, cum hæc scriberet; sed interim tamen Horatium audiamus, qui & ipse quoque huic loco intelligendo non minimum affert adiuuamenti, ibi. *O si vram argenti fors quamibi monstreret, ut illi Thesaurò inuento qui mercennarius agrum illum ipsum mercatus aravit, diues amico Hercule.* vnde Persius illud suum mutuatus est. *O est Sub rastro crepet argenti mihi serua dextro Hercule.*

Vititur auro] Neq; amplius ex noua principis liberalitate cum domino conferre cogitur tamquam in alieno solo inuentum, quod antè Adrianum passim obtinebat, sicut colligimus ex l. fructus. ff. solut. matrim. sed hoc Calphurnius ad Numerianum transtulit adulatione quadam: ea de re nonnulla reperies Institutionibus Imperialibus de Rer. diuis. vel simpliciter auro potitur, si in id fortè inciderit, dum agrum fodit: ceterum thesauros humi abscondi consueuisse notum est, & Plautinus Euclio suo exemplo docet: sic etiã Horatius. *Nullus argento color est, auaris Abditæ terris inimice lamne Crispe Salusti.* Aufonius in Epigrammate. *At qui, quod terra ab diderat, non repperit aurum, Quem laqueum inuenit, nexuit, & perijt.* hinc thesaurum definitur, ut sit, *vetus quædam depositio pecuniæ, cuius non extat memoria, ut iam dominum non habeat.* Paulus Iurisconsultus.

Ne sonet offenso] Iam non loquitur amplius de thesauris, ut quidam falsò interpretantur, sed exequitur sententiam, quam Ouidius quoq; expressit in Epistola Penolopes ad Vlysem his verbis. *Semisepulcia virum curuis feriuntur aratris Offa:* neq; non item Lucanus in illis. *Pluraq; ruricolis feriuntur dentibus ossa:* quamquam per contrariam massam galeas, ocreas, thoracas, cæteraq; arma occisorum militum possumus intelligere.

Instat arator] Innititur aratro ipsum altius in terram adigens, ne præuaricetur, ut loquitur Plinius, à quo habitu *curuus arator* dicitur à Marone. *Tempora quæ messor, quæ curuus arator habere.*

Cultor avistæ] Primitias Cereri offerre ex agricolarum instituto. Virgil. *In primis venerare deos, atq; annua magnæ Sacra refer Cereris lætis operatus in herbis.* auctor epigrammatis in

Priapum. Contentus modico Bacchus solet esse racemo, Cum capiant alti vix sua musta lacus: Magnaq; secundis cum mensesibus arca defit, In Cereris crines vna corona datur de primitijs verò, quæ in Sacrosancto veteri instrumento sacerdotibus offerri Deus iubebat, piæ, doctæque extant sententiæ apud Philonem Hebræum libro de Sacrificijs Abeli, & Caini, necnō de Sacerdotum honoribus; sed ea non sunt huius loci, & temporis.

Bromium perfundere vino] Bacchi cognomen à verbo βρωμίο, vel ἀπό τῆς βρωμίας, qui, cum Bacchus in lucē ederetur, exauditus est teste Diodoro, & Eusebio: Phornutus de Natura Deorum à voce calcantium vnam in torculari nominis originationem deducit, quæ si vera est; huic loco maximè quadrat; eius meminit Ovidius inter multa Bacchi cognomina dicens. *Thuraq; dant, Bacchumq; vocant, Bromiumq;, Lyæumq;, Ignigenamq;, satumq; iterum, solumq; bimatrem.*

Vt nudus ruptas] Ita fermè Nemesianus. *celeriq; illudere plantæ. Concaua saxa super properant; vindemia feruet Collibus in summis, crebrò pede rumpitur vna. Nudaq; purpureo sparguntur tempora musto.*

Saginata magistro] Nisi hic versus vno spatio sit productior, cuiusmodi ille apud Lucretiū. *Præter. n. quàmquod morbi est, cum corpus ægrotat: media syllaba in voce saginata corripitur contra eius naturam, quod notari volo; Propertius rectè. Parua saginati lustrabant compita porci. rursus. Qui dabit immunda venalia facta saginæ. vel foras abijcienda est secunda vocalis, ut sit saginata, veluti illud eiusdem poëtæ, Propertij inquam; *Spectaclum ipsa sedens primo temone pependit. ac rursus. Spectaclum capta, nec minus vrbe fuit.* sic etiam dixit Horatius. *Nullus argento color est avaris Abditæ reris inimice lamna, Crispe Salusti.* Virgilius. *Ac primum laxos tenui de vimine, circos Cervici subnecte.* quorū exemplo nos in nostro Nereo, quod poemation in nuptias Serenissimorum Principum Ferdinandi Medices, & Christinae Lotharingiæ non ita diu confecimus, & publicauimus, ut nosti, hunc in modum scripsimus. *semis quid plumbus hortos Distinctos.* pro *semitis*, quod ineruditi quidam non videntes temerè, atq; imprudenter nos de ea re carpere non sunt veriti, in quo incitiam suam manifestò detexerunt, cæterum per *magistrum* vel conuiuij principem intelligemus, hoc est τῷ ποσειδάρον, veluti apud Catullum. *Ut lex Posthumia iubet magistra: vnde magisteria. Cicero. Me verò & magisteria delectant**

delectant à maioribus instituta, & is sermo, qui more maiorum à summo adhibetur magistro in poculo. vel ipsum vinum, quo nullus magister melior inueniri potest: aut etiam magistrum vici rustici, ad quem pertinuerit cura Compitalitiorum.

Ad peruia compitaludos] Festa intelligit in honorem Bacchi celebrari solita, quæ τὰ ἀσκάλια vocabant Athenienses, propterea quòd in medio theatri super vtres, id est ἀσκῆς inflatos, obunctosq; vno pede subsilirent, vt delabentes risum spectatōribus excitarent: hos ludos ita describit Varro. *Etiam pelles hūbulas oleo perfusas percurrerant, ibiq; cernuabant, à quo vetus est ille versus in carminibus. Ibi pastores ludos faciunt corijs Consualia.* Virgilius verò sic. *Non aliam ob culpam Baccho caper omnibus aris Ceditur, & veteres ineunt proscenia ludi; Præmiq; ingentes pagos, & compita circum Theseidæ posuere; atque inter pocula læti Mollibus in pratis vnctos saliere per vtres; Nec non Ausony Troia genus coloni Versibus incompti ludunt, risuq; soluto, Oraq; corticibus sumunt horrenda cauatis; Et te, Bacche; vocat per carmina læta, tibiq; Oscilla ex alta suspēdūt mollia pinu.*

Pacem dat montibus] Nō damno vulgatam scripturam, sed indico alteram, quæ erat *motibus.*

Ter pede ferire] Trimetros canere qui quamquā senis ictibus, tribus tamen insignioribus constant. sic Horatius. *Pollio regum Facta canit pede ter percusso.* quidam codices præferebant *lenta*, quod senarij iambici naturam respicit, in quibus spondei frequentes collocabantur, vt tardius incederent, veluti docet Horatius Epistola ad Pifones.

Cantare choreas] Artificiofa dicendi ratione & cantum; & tripudium coniunxit poëta, nam veteres saltantes canebant. Virg. sic. *Pars pedibus plaudunt choreas, & carmina dicunt.*

Condere libro] Inscribere in cortice arboris, vt morem fuisse pastoribus supra demonstrauius. Nemesian. *Continet inciso seruans mea carmina libro.* hic nolter. *Dic age, nam cerasi tua cortice verba notabo; Et decisa feram rutilanti carmina libro.* Glaucus in Epigramate. *Ναὶ γὰρ εἴν σερικτῶ, καὶ ἴς αἰχρῶν ἐκείνας Σοῖτι κατὰ φλοῖδ' ἤρχιμ' ἐκλάττε λέγει.*

Exurdent classica] Tubæ suo ingenti strepitu nostrorum calamorum exiguum sonū offuscant, neq; exaudiri permittunt; hoc enim naturale est, vt magnus aliquis fragor impedimento sit, quominus tenuior sonitus exaudiat, quocirca qui ad *Nili catadupas inhabitant se inuicem loquentes exaudire nequeunt*

queunt ob præcipitantis aquæ fragorem : porrò cùm prælium esset committendum, litui, tubæ, cornua, cæteraq; huiusmodi bellica instrumenta clangebant, quod bellicum, seu classicum canere dicebatur, qua de re videndus est Vegetius de Re militari. lib. 2.

Securior ipse Lyæo] Magis securus ob numen Cæsaris, quàm ob numen Bacchi : est autem Lyæus Bacchi cognomen *παρὰ τὸ λυῶ*, quoddam videlicet hominum mentes soluat, ut ait Ovidius. *Cura fugit, multo diluiturq; mero.* Horatius ad Græcum nomen alludens inquit. *Curam, metumque Cæsaris rerum iuuat Dulci Lyæo soluere.* per *Lyæum* vinum accipiens, quod est liquor Bacchi.

Faunus in umbra] Quàm libenter captare cõsuevit. Horat. *Velox amœnum sæpè Lucretilem Mutat Lycæo Faunus, & igneam Defendit æstatem capellis Vsq; meis, pluuiosq; ventos.*

Per iuga siccato] Hic noster. *Affuerunt sicco Dryades pede, Naiades vdo.* cur verò *pedem siccatum* appellauerit declarat dicens. *humanum non calcatura cruorem* : nimirum ob sanguinem occisorum. Ouid. *Iam seges est, vbi Troia fuit, refecandaq; falce Luxuriat Phrygio sanguine pinguis humus.* Petronius Arbiter. *horridatellus Exiulit in lucem nutritas sanguine fruges.* cæterùm *Oreades Nymphæ* montium nuncupantur *παρὰ τὸ ὄρε*. Virgil. *quam mille secuta, Hinc, atq; hinc glomerantur Oreades.* mihi placet vulgata scriptura. fuit tamen, cùm legerem *soccato vnti τὸ siccato*, hoc est foccis induta. Propertius. *Cui sæpè immundo sacra conteritur via focco.* sic Virgilius. *atq; altè suras incincta cothurno.* Hesiodus in Theogonia vocat Iunonem *χρυσοπύδλον* : sed hic nihil mutandum, ut præmonui.

Post longa reducite] Votum longæuitatis. Horat. *Serus in cœlum redeas, diuq; Letus inter sis populo Quirini* : vel totidem (inquit) annos eidem rependite.

Cælestia fila metallo] Curate ne Parca stamen aureum vquam intercident, hoc est, efficite ipsum immortalem : nota autem sunt, aut saltè passim obuia, quæ de Parcis ab antiquis traduntur : earum nomina commemorantur hæc, Clotho, Lachesis, Atropos ; Clotho quidem *παρὰ τὸ συκλῶσθαι τὰ ἀνθρώπινα* ; Lachesis *παρὰ τὸ λαχάνειν τὸ πῦρ πρῶτον* ; Atropos *παρὰ τὸ ἀμείτατροπον τὴ μοιρὴν ἀνάγκη*. earum pulcherrima extat descriptio apud Catullum de Nuptijs Pelei, & Thetidis ab illo versu. *His corpus tremulum complectis vndiq; vestis* : & reliqua.

per

per metallum perpetuum fila ex solido auro confecta accipe, si quidem aurum nulla rubigine tangitur, nec vllum intertrimentum patitur, vel nusquam interruptum.

Tu quoq; mutata] *Μιμῶσαι* Horatiana, sic. n. ille tandem venias precamur *Nube candentes humeros amictus.* Augur Apollo. & reliqua.

Etenim hunc deprecor] Hic versus in omnibus codicibus mendosè legebatur, itaq; meritò asterisco fuit notatus, sed eum ipse ita corrigo ex vetere exemplari : *viuas, vel venias, atq; hunc precor orbem.*

Aeternos populos rege] Vel aeternum rege, vel aeternos populos, hoc est Romanos ipsos, quorum imperium perpetuum fore auguratur Iuppiter apud Virgilium dicens. *His ego nec metas rerum, nec tempora pono ; Imperium sine fine dedi* : Roma porrò dicta est *Vrbs aeterna* eadem ob causam.

Septamq; pariter] Vel quia Iouem paulò antè ipsum appellauit, qui hominum, deorumq; pater dictus est, ut alibi adnotauimus, vel tacitè ad honorem illum respexit, qui ciuibus de Rep. benè meritis, atq; adèd Imperatoribus ipsis tribuebatur, ut Patres patriæ dicerentur.

Nemorales deos] Agrestes, qui lucos habitant, cuius generis sunt Faunus, Pan, Syluanus, Satyri, Pomona.

Obæsis auribus apta] Rudibus, & indoctis à corporis habitudine ; siquidem mores animi (teste Galeno) corporis temperamento ut plurimum respondent ; hinc Homerus Beotos pingues appellauit, eius gentis tarditatem ingenij, ac stupiditatem notans. *παρὰ δὲ* (inquit) *οἱ ἄλλοι Νέων Βιωτῶν μάλ᾽ ἀπονα δῆμον ἔχοντες* : nisi si soli fertilitatem respexit potius, quod mihi fit verisimile ob id, quod de Oresbio statim dixerat. Horatius. *Pingue pecus domino facias, & cætera præter Ingenium.* rursus alibi. *Ne rubeam pingui donatus munere,* id est versibus indoctis, & ineptis : hinc dicimus *pingui Minerva,* & *pingui ingenio* fieri, quæ insulsè, & ineptè fiunt : respondet autem Menalcas ei, quod initidè dixerat Corydon. *Quicquid inest, siluestre licet videatur acutis Auribus,* & *nostro tantum memorabile pago.* & rel.

Imparibus concinnuistis auenis] Quarum sunt aliæ alijs maiores. Virgil. *Est mihi disparibus septem compacta cicutis Fistula.* vel *imparibus*, id est minimè aptis ad heroum laudes concinnas, qua de re superius Menalcas Coridonem admonuerat : vel dictum est, ut illud ; *sed impar Voce sonans.*

Tdm.

Tam liquidum] Cantus liquidus in laude ponitur, significat enim clarum, & distinctum. Lucret. *Et varia volucres nemora aëria peruolitant*. *Aëra per tenerum liquidis loca vocibus opplēt.* Virg. *Tam liquidas cornu presso ter gutture voces, Aut quater ingeminant.* est autem Græca phrasis pro liquidè, & duleiter canere. sic Horatius. *Dulcè ridentem Lalagen amabo, Dulcè loquentem.* rursus alibi. *aderat querenti Perfidum ridens Venus, & remisso Filius arcu.* Catullus ad Lesbiā. *qui identidem te Spectat, & audit Dulcè ridentem.* & in Endecasyllabo. *illam, quam videtis Turpè incedere.* Nemesianus, vnde hic locus delumptus videtur. *qua dulcè locutus Tityrus è siluis dominam peruenit ad urbem.*

Quod Peligna solet] Pelignos fauos tamquam cera spectabiles commendat Plinius, sed Calabri mellis nobilitas ab Horatio celebratur ibi. *ego apis Matinae More, modoq; Grata carpentis thyma per laborem Plurimum circa nemus, vuidiq; Tiburis ripas operosa parcus Carmina fingo.* nam Matinus mons est Calabria: hic locus expressus est ex Theocrito, ibi. *Αδύτι τὸ σῶμα τοῦ καὶ ἐφίμωρος ὁ Δάφνη φῶς: Κρέσσον μὲλ πορρω πὲρ ἀκκέρω, ἠμίλιον χέν.*

Qui dulce sonantem] *Ἐδιδρακκῶς* C. Cilnium Mecœnatē intelligit, qui aditum Virgilio ad Cæsaris Augusti beneuolentiam sibi colligendam patefecit, quod argumentum tractat idem Maro Eclo. 1. Nemesianus verò inquit. *cantamus auena, Qua diu cecinere prius, qua dulcè locutus Tityrus è siluis dominam peruenit ad urbem.*

Dominam deduxit ad urbem] Romam vocat urbem dominam, hoc est *ἡ πόλις*, sic Horatius. *ὁ tutela presens Italia, domineque Romæ.* idem principem urbium appellat, ibi. *Romæ principis urbium.* sed Calphurnius imitatus est Nemesianum, qui dixerit. *Dominam perducit ad urbem.* sic etiam Martialis. *Plus sanè placeat, domina qui natus in vrbe est.*

Ostenditq; deos] Augustos: principes enim deos vocabant veteres, vt docet Ioannes Tzetzes non vno in loco; Virgilius ait. *O Melibœe deus nobis hæc ocia fecit.*

Cantabimus arma] Alludit ad libros Georgicorum, & Aeneidos, quos post Bucolica conscripsit Virgilius; eorum ordinē ipse met ita fuit executus in præmio Aeneidos, antequam illos versus Tuca, & Varro inde amouerent. *Ille ego qui quondam gracili modulatus auena Carmen, & egressus siluis vicina coegi;*

Vt quam-

Vt quamuis auido parerent arua colono, Gratum opus agricolis; at nunc horrentia Martis Arma, virumq; cano.

Respiciat] Et per hoc faueat. Sic vsus est hoc verbo Virgil. *Candidior postquam tondenti barba cadebat, Respexit tamen, & longo post tempore venit.* hic noster superius hac ipsa Ecloga. *Nec quisquam nostras inter dumeta camœnas Respiceret.*

Decurrunt carmina] Bene decurrunt, nam carmina pedibus constât, id est modulis quibusdam incedunt, sicut animalia pedibus. Horat. *nec cito pede currere versus.* & iterum. *& euntes mollitus;* ab eo, quod est in animalibus. Propeft. *Et canit, vt soleant molliter ire pedes.* nisi fortè legendum sit *mensu*, quod tamen non crediderim.

In montibus istis] Quos Roma suo ambitu complectitur.

Vellit nam sapius aurem] Auris memoriæ dicata fuit, hinc aurem vellere pro admonere. Virgil. *Cum canerem reges, & prælia, Cynthius aurem Vellit, & admonuit.* & in epigrammate. *Mors aurem vellens, viuite ait, uenio.* Seneca de Beneficijs. *loquar tecum, & aurem mihi vellam.* item alibi. *Nec tamquam munus dabo, sed verba mea redimam, & aurem mihi peruellam, damno castigabo promittentis temeritatem.*

Inuida paupertas] Quia inuidet ditioribus. Ouid. *Inuidus alterius rebus macrescit opimis.*

Vilia cura] Cuiusmodi sunt, quæ in initio huius Eclogæ commemorauit Menalcas. *Et potius glandes, rubicundaque collige corna; Duc ad mulctra greges, & lac venale per urbem Non tacitus porta.*

Penetrata visere Phœbi] Vel Cæsaris intimum cubiculum, quem etiam superius Deum vocauit, vt dixi, vel sacrariū templi, quod Augustus in Palatio Apollini excitauit, vt auctor est Suetonius: in eo erat bibliotheca: vnde Horatius. *Scripta Palatinus quæcumq; recepit Apollo.*

Nos tamen interea] Non longè discedit hic noster à Virgilij vestigijs, ille enim sic inquit. *Namq; erit ille mihi semper deus, illius aram Sæpè tener nostris ab ouilibus imbuet agnus.* verum hîc hædus occidi videtur in cænæ vsu.

Iam fræmit æstas] Breuiore vmbra emittit, sol enim cum mediam cæli plagam peruadit, magis ex perpendiculari nos aspicit, itaq; vmbra contrahit, ex aduerso mane, cum exortitur, vel cum vesperi occidit, productiores efficit, propterea quod nostrum hemispherium ex transuerso illustrat, sicuti do-

R cet

ect Arittoteles in Problematis. Virgil. *Maioresq; cadunt a'tis de montibus umbra.* Ouid. *Fecerat exiguus tum sol altissimus umbras.* vide Stral'onem μεωραφ. extremo libro secundo, vbi ποτα τῶν ποτακίων καὶ ἀμφισκίων καὶ ἐπρασκίων loquitur.

E C L O G A V.

MYCON PATER, ET CANTHVS FILIVS.
DIDASCALICA.



ORTE Mycon senior, Canthusq; Myconis
alumnus.

Torrentem patula vitabant arbore solem.
Tum iuueni senior praecepta daturus alu-
mno.

Talia verba refert tremulis titubantia labris.
M. Y. Quas errare vides inter dumeta capellas,
Canaq; lasciuo concidere gramina morsu.
Canthe puer, quos ecce greges à monte remotos:
Cernis in aprico decerpere gramina campo:
Hos tibi do senior iuueni pater: ipse tuendos:
Accipe: iam certe potes insudare labori:
Iam pro me gnauam potes exercere iuuentam.
Aspicias ut nobis iam pridem mille querelas
Afferat, & baculum premat inclinata senectus?
Sed qua lege regas & amantes lustra capellas,
Et melius pratis errantes mollibus agnas,
Percipe. Vere nouo, cum iam tinnire volucres
Incipient, nidusq; reuersa lutabit hirundo:
Protinus hiberno pecus omne mouebis ouili.
Tunc etenim toto vernanti gramine sylua
Pullat, & aestiuas reparabilis inchoat umbras.
Tum florent sylua: viridisq; renascitur annus.
Tum Venus, & calidi scintillat feruor Amoris:
Lasciuumq; pecus salientes accipit hircos.

Sed

Sed non ante greges in pascua mittito clausos,
Quam fuerit placata Pales. Tu cespite viuo
Pone focum: Geniumq; loci, Faunumq; Larcmq;
Salso farre voca. tepidos tunc hostia cultros
Imbuat: atq; etiam, dum viuit, ouilia lustra.
Nec mora: tunc campos ouibus, dumeta capellis
Orto sole dabis, simul hunc accedere montem
Ceperit, & prima spatium tepfecerit hora:
At si forte vaces dum matutina relaxat
Frigora sol, tumidis spument tibi mulctra papillis.
Implebis quod messe fluat. Rursumq; prementur
Mane quod occidua mulsura redegerit hora:
Parce tamen factis: neu sint compendia tanti,
Destruat ut niueos venalis caseus agnos.
Nam tibi praecipuo factura colatur amore.
Te quoq; non pudeat, cum serus ouilia vises,
Si qua iacebit ouis partu resoluta recenti,
Hanc humeris portare tuis, natoq; parenti
Ferre sinu tremulos & nondum stare paratos.
Nec tu longinquas procul à praesepeibus herbas,
Nec nimis ad mota sect abere pabula sylua,
Dum peragit vernum Iouis inconstantia tempus.
(Veris enim dubitanda fides) modo fronte serena
Bladius arrisit: modo cum caligine nimbos
Intulit, & miseras torrentibus abstulit agnas.
At cum longa dies sitientes afferet aestus,
Nec fuerit variante deo mutabile caelum:
Iam syluis committe greges: iam longius herbas
Quare: sed ante diem pecus exeat; humida dulces
Efficit aura cibos, quotiens fugientibus Euris
Frigida nocturno tanguntur pascua rore,
Et matutina lucent in gramine gutta.
Ut simul arguta nemus increpuere cicada:
Ad fontem compelle greges: nec protinus herbas,
Vel campos per mitte sequi. sine, protegat illos
Interea veteres qua porrigit esculus umbras.

R 2 Verum

Verum ubi declivi iam nona tepescere sole
 Incipiet, seraq; videbitur hora merende,
 Rursus pasce greges, & opacos desere lucos.
 Nec prius aestiuo pecus includatur ouili,
 Quam lenibus nidis somnos captare volucris
 Cogitet, & tremuli tremebunda coagula lactis.
 Succida iam tereti constringere veller a iunco
 Cum iam tempus erit, maternas demere lanas,
 Hircorumq; iubas, & olentes cadere barbas,
 Ante tamen secerne pecus: gregibusq; notatis,
 Consimiles include comas: ne longa minutis,
 Mollia ne duris coeant, ne candida fuscis
 Sed tibi cum vacuas posito velauine costas
 Denudabit ouis, circumspecte: ne sit acuta
 Forfice lesa cutis: tacitum ne pustula virus
 Texerit occulto sub vulnere: que nisi ferro
 Rumpitur, in miserum fragili rubigine corpus
 Corrodet sanies, & putrida contrahet ossa.
 Prouidus (hoc moneo) viuentia sulfura tecum,
 Et scylla caput, atq; intacta bitumina porta,
 Vlcerebus laturus opem nec brutia desit
 Dura tibi; liquido picis ungerere terga memento,
 Si sint rassa, limas viui quoq; pondera melle
 Argenti coquito, lentumq; bitumen ahero,
 Impresurus ouis tua nomina; nam tibi lites
 Afferet ingentes lectus possessor in aruo.
 Tunc etiam, dum siccus ager, dum feruida tellus,
 Dum rimosa palus & multo torrida limo
 Aestuat, & fragiles nimius sol puluerat herbas:
 Lurida conueniet succendere galbana septis;
 Et tua ceruino lustrare mapalia fumo.
 Obsuit iste malis odor anguibus; ipse videbis
 Serpentum cecidisse minas: non stringere dentes
 Vlla potest uncus: sed inani debilis ore
 Marcet, & obruso iacet exarmata veneno.
 Tunc age vicina circumspecte tempora brumae

Qua ratione geras aperit cum vinea sepes,
 Et portat lectas securus vinitor vuas:
 Incipe falce nemus, viuasq; recidere frondes.
 Tunc opus est teneras summatim stringere virgas.
 Tum debes seruare comas dum permanet humor,
 Dum viret; & tremulas non excutit Africus umbras.
 Ast ubi conueniet tepidis faenilibus olim
 Promere, cum pecudes extremus clauserit annus:
 Sic tibi nitendum est. labor hoc in tempore noster,
 Gnauaq; sedulitas venit, & pastoria virtus.
 Nec piegat ramos siccis miscere recentes,
 Et succos adhibere novos. Neu torrida nimbis
 Instet hyems, nimioq; gelu, niuibsq; coactis:
 Incuruare velis nemus, & constringere frondes.
 Tum tamen aut leues hederas, aut molle salictum
 Valle preme gelida. Sitis est pensanda tuorum
 Canthe gregum viridante cibo. nihil aridus illis
 Ingenti positus quamuis strue profit aceruus:
 Virgea si desint liquido turgentia succo:
 Et quibus est aliquid plena vitale medulla.
 Praecipue gelidum stipulis, & fronde caduca
 Sterne solum, ne forte rigor penetrabile corpus
 Vrat, & interno vastet pecuaria morbo.
 Plura quidem monuisse velim; nam plura supersunt.
 Sed iam sera dies cadit: & iam Sole fugato,
 Frigidus aestiuas impellit noctifer horas:



COMMENTARIVS

In Eclogam Quintam.



EDITIO Florentina a Philippo Iuncta procurata huic Eclogæ titulum præfigit Mycon à pastore, qui in caloqui introducitur.

Torrentem patula] Patulam fagum vocauit etiam Virgilius. Tityre tu patulæ recubans sub tegmine fagi. sic M. Tullius de platano.

Nam me hæc tua platanus admonuit, quæ nõ minus ad opacandum hunc locum patulis est diffusa ramis, quam illa, cuius umbram secutus est Socrates. Homerus πάντοθεν ἑλαίου dixit. Moschus ἑκατόθεν πλάτανον. illud torrentem solem conuenit cū illo Catulli. Sole sub ardenti flauentia demetit arua: quod & in Virgilio reperias. Propertius ait. Venit enim tempus, quo torridus æstuat aër, Incipit, & sicco feruere terra cane.

Tum iuueni senior] Comparatiuum pro positiuo. Ouid. Diua potens, seniorq; pater, pia sarcina nati. rursus. Iamque vale seniorq; pater, germanaq; Gorge.

Tremulis titubantia labris] Pulchrè exprimit senectutis incommodum in verbis enunciandis, quod Græci vocant ἰχνοφωνία, cū quis nequit expedite syllabam syllabæ contexere pronunciando, quo vitio senes præcipuè laborant, vnde ab Horatio balba senectus nūcupatur. Occupet extremis in vicis balba senectus: Tibullus. Balbaque cum puero dicere verba senem. quamquam propriè balbus est βῆλος. sed ad mentem huius nostri dixit Iuuenalis. Vna senum facies, cum voce tremantia labra. Tibullus etiam. Et sibi blanditas tremula componere voce. huiusce verò effectus causam exquirat Aristoteles in Problematibus, apud quem videre poteris.

Quas errare uides] Errando pasci. Virgil. Ille meas errare boves, ut cernis, & ipsum Ludere quæ uellem calamo permisit agresti.

Canaq; lasciuo] Gramina cana dixit ob pruina. Virgil. Frigora nec tantum cana concreta pruina. rursus. dum mane nouum, dum gramina canent. item alibi. gelidus canis cū montibus humor

Liquitur.

Liquitur. Horat. Nec prata canis albicant pruinis. eadem ratione Soractem niue candidum, & Thracem appellauit. cæterum lasciuo morsu dixit pro voluptuoso, & desidiolo, ita enim interpretatur Seruius grammaticus illud Maronis. Florentem cythysum sequitur lasciuia capella. & Constantinus sanè de Agricultura scribit capras gregatim pasci, sed maximè inuicem discedentes, saltantesq; ac lasciuientes: sed & Columella de capro inquit. quod si uberius alatur, matrem stupro superuenit, & ideo ante sex annos consenescit, propterea quod immatura Veneris cupidine primis pueritiæ temporibus exhaustus est, itaq; quinquennis parum idoneus habetur feminis implendis.

In aprico] Sic apricos colles, & aprica saxa vocauit Maro. & quò Duceret apricis in collibus uua colorem. ac rursus alibi. & altè Mitis in apricis coquitur uindemia saxis. apricum campum dixit Horat. cur apricum Oderit campum patiens pulueris, atq; solis.

Tuendos accipe] Virgil. Quæ cura tuendo sit pecori.

Insudare labori] Qui plurimum exhauriendus est pecori magistro, etenim, ut inquit Columella; Magister huius pecoris debet esse acer, durus, strenuus, laboris patientissimus, alacer, atq; audax, ut qui per rupes, per solitudines, per uepres facile uadat, & non ut aliterius generis pastores sequatur.

Mille querelas] Ob multos, variosq; morbos senes identidem infestantes, μακρὸς ἔβων συμφορὰς πολλὰς ἔχει, inquit Euripides. Iuncus in libro de Senectute apud Stobæum in Collectaneis hac de re plura scripta reliquit, quibus recensendis, ut breuitati studeam, consultò supersedeo. Apollodorus tamen senectutem ipsam morbum esse pronunciauit, τὸ γῆρας (inquit) ἴσθι αὐτὸ νόσος. & Aristoteles in libris de Animalibus senectutem appellat νόσον φυσικὴν.

Baculum premat] Senes inualidi baculo se sustentare cōsueuerunt; hinc ait Iuuenalis. & pedibus me Porto meis, nullo dextram subeunte bacillo. Cornelius, cui pater luminibus captus pro baculo inniteretur, Scipio cognominatus est, & nomen ex cognomine posteris dedit, auctore Macrobio; dicitur enim Scipio bacillus ille, cui senes innituntur. Heliodorus Aethiopicorum lib. 1. ἐκ τῶν ποιῶντων μὲν ἔλπιον ὃ Ἀλιναίοι τὸνδε ἀπέτρεπον ἔλεγον. ἀλλὰ τὸ γῆρας τὸ μὲν βακτηρίαν ἐπέδωκε προσδοκῶν. auctor ille, qui à nonnullis Cornelius Gallus esse perhibetur. Hinc est, quod baculo incumbens ruitura senectus Assiduo pigram uerberere pulsat humum. notum etiam est Sphyngis ænigma. Ἐστὶ δὴ πῦρ ἐν πῆλι, καὶ τὸ

καὶ τρεῖς ποῦ, ἢ μίαν φωνήν, καὶ τρεῖς ποῦ. idem Latinus poeta, quem modò nominaui. Fitq; tripes, rursus quadrupes, ut paruulus infans. sed & Hesiodum audire operæ præcū fuerit dicentem in Opere ἄρκα καὶ ἡμέραι. πάλιν δὲ τρεῖς ποῦ ἴσται, Οὐδ' ἂν ἴδωτε ἰάχε καρπὸν εἰς ἄδρα ὄρατ'. cæterum *inclinatam senectutem* vocat à rei natura, scænes enim terram spectare consueuerunt, vnde *silicernium*, quòd silices videlicet intueantur, vt dixit Hesiodus. Nonius tamen aliunde originationem deriuat; hinc quoq; Plautinus iocus Curculione. *ecce autem bibit arcus, pluet, Credo, hercle, hodie. uetulam enim, quòd incurua esset, & inflexa, arcum nominauit.* Propertius sic: *cum sis Ipsa annus; hanc longa curua futura die.* Ouid. *Iam uenit tacito curua senecta pede.* præstantissimus noster poeta Torquatus Tassius de Raimundo loquens, cum Argantes Christianos iterum ad singulare certamen prouocasset. *Etio, ben' ch' à gir' curuo mi condanni La graue età, non fia, che ciò ricusi.* vel *inclinata* ad occasum respiciens.

Et amantes lustra capellas] Iam præcepta Cantho promere incipit Mycon; admonetq; vt capras in mōribus, oues in pratis pastum ducat, quod & rei rusticæ scriptores obseruari iubent; itaq; Varro inquit. *Caprinum pecus habet sua propria quedam, quòd potius siluestribus saltibus delectatur, quàm pratis, studiose enim de agrestibus fructibus pascuntur, atq; in locis cultis uirgulta carpunt, itaq; à carpendo capræ nominatæ.* Columella quoque in hanc sententiam. *Id autem genus (de caprino pecore loquitur) dumeta potius, quàm campestre situm desiderat, asperisq; etiam locis, ac siluestribus optimè pascitur, nam nec rubos auersatur, nec uepribus offenditur, & arbusculis fructisq; maxime gaudet.* Macrobius. *Capræ uerò consuetudo hæc in pastu uidetur, ut semper altum pascendo petat.* Virgil. *Pascuntur uerò siluas, & summa Lycæi, Horrentesq; rubos, & amantes ardua dumos.* idem quoq; tradit Constantinus de Agricultura libro 8. hic noster paulò infra dicit. *tum campos omnibus, dumeta capellis Orto sole dabis.*

Pratis errantes mollibus] Ex Virgilio. *Mollibus in pratis vnctos saliere per utres.*

Vere nouo] Imitatio Virgiliana tum in verborum coniunctione, tum in præcepto ipso. sic ille. *Quantum uere nouo uiridis se subjicit alnus.* item. *Vere nouo gelidus canis cum montibus humor* Liquebit. id est uere ineunte; quoad præceptum sic inquit idem summus poeta. *At uerò Zephyris cum læta uocantibus æstas, In saltus utrumq; gregem, atq; in pascua mittere.* itidem

Horatius

Horatius. *Soluitur acris hyems grata uice ueris, & Fauōni, Trahuntq; siccæ machinae cavinæ; Ac neq; iam stabulis gaudet pectus, neq; arator igni.*

Lutabit hirundo] Quod statim in uniuersum dixerat, nunc particulatim hirundinis exemplo posito magis declarat; siquidem uere aduentante solet hirundo ex ignotis regionibus ad nos remeare, vnde *ueris prænuncia* nuncupatur. Philemon. *Ἡ μὲν χελιδὼν τὸ θεῖος ἂν γὰρ ἀλλὰ.* Ouid. *Fallimur, an ueris prænuncia uenit hirundo, Et metuit, ne qua uersa recurrat hyems? rursus. Tunc blandi soles, ignotaq; redit hirundo, Et luteum celsa sub trabe figit opus.* Horat. *Nidum ponit itym flebiliter gemens Infelix auis.* & alibi. *te dulcis amice, reuifet Cum Zephyris, si concedas, & hirundine prima.* Virgil. *Hoc geritur Zephyris primum impellentibus undas, Ante nouis rubeant, quàm prata coloribus, ante Garrula quàm stagnis nidum suspendat hirundo.* Aristophanis interpres admonet nos de prouerbio, *νεὰ χελιδὼν ἐστὶν ἐσθρὸς ἀρχῆ;* itaq; ipsam Rhodij publicis votis quotannis inuitabant sub tempus uernum his uerbis. *ἦλθε ἦλθε χελιδὼν καλὰς ἀρχῆς ἀρχῆς, καὶ καλὰς ἐπιπτώσεως;* alterius adagionis ab hac aucti meminit Aristoteles in Ethicis; *μία χελιδὼν ἀρξὴ δ' ποιῆσι,* deniq; Aristophanes, Homerus, Hesiodus, multi præterea alij tum Græci, tum Latini poeta huius auis in hanc sententiam meminere, quorum testimonia nihil est opus recensere; de uoce *lutare*, q; ad rem ipsam attinet, sic est apud Aelianū. *ἡ χελιδὼν, ὅτι διποροῖ πηλὸς, τίς οὖν φέρει καὶ συμπλάττει τὴν καλίαν, εἰ δὲ ἀπορία, βρέχει ἐν, ὡς Ἀριστοτέλης λέγει, ἐαυτὴν, καὶ εἰς κένον φέρει τὰ πηλοῦ ἐμπροσθεν, καὶ τὸ πηλὸν πρὸ παλαιότες, εἰ τούτων ὑπάρτο ψυχρὰ τῶ ἐαυτῆ τὴν προκειμένη οἰκοδομίας χερσὶν.* Aristoteles quoq; initio libri sexti de Histor. animal. hirundines ex luto nidos construere scribit; sed & lib. 9. eiusdē operis id fusius deinde explicat, uelut ibi perspicipōt, docet et ex ipsomet Aristotele Antigonus in Cōgerie mirabiliū narrationū. Plinius de hac re ita inquit, *Gellio Doxius Cælifilius lutei edificij inuentor placet, exemplo sumpto ad hirundinum nidos.* Ouid. *Tum blandi soles, ignotaq; prodit hirundo, Et luteum celsa sub trabe figit opus* Tertullianus de auibus generatim inquit libro primo de Opificio Dei. *nidos enim aut luo edificant, aut uirgultis, & frondibus construunt, & ciborum expertis incumbant ouis.* de uerbo ipso sciendum est Catonem eo usum fuisse dicentem; *conspergito amurca omne, quod lutaueris.* Spartianus in Heliogabalo. *Misit, qui in castris*

S

ubi

Statuarum eius titulos luto tegerent, & cætera; deinde subdit. Sed ubi primum lutati sunt tituli statuarum, milites omnes exarserunt. hinc delutare pro eodem, quod apud Catonem reperi, ibi. Si habitationem delutare vis, terram quam maxime cretosam, vel rubicosam sumito, & amurcam infundito, paleas indito. aliud verbum hinc formatur, quod est lutesco. Furius. Sanguine diluitur telus, caua terra lutescit.

Pecus omne mouebis ouili] Horat. soluitur acris hyems; & cætera: posui non multo ante.

Pullat] Pullulat. Ouidius in hanc sententiam dixit. Omnia tunc florent, tunc est noua temporis ætas, Et noua de grauido palmitate gemma tumet. Et modò formatis operitur frondibus arbor, Prodit, & in summum seminis herba solum.

Reparabilis] Horat. redeunt iam gramina campis. Arboribusque comæ. siluam ceduam accipe.

Tùm florent siluæ] Veris descriptio à consequentibus, ita fere Virgilius. Et nunc omnis ager, nunc omnis parturit arbor, Nunc frondent siluæ, nunc formosissimus annus. item alibi. Vere tument terræ, & genitalia semina poscunt. Horat. Diffugere niues, redeunt iam gramina campis, Arboribusque comæ. Ouid. Omnia tunc florent, tunc est noua temporis ætas; Et noua de grauido palmitate gemma tumet: Et modò formatis operitur frondibus arbor, Prodit, & in summum seminis herba solum.

Tùm Venus] Lucret. Nam simul ac species patefacta est verna diei, Et reserata viget genitabilis aura Fauoni; Aëria primum volucres te, diua, tuumque. Significant in initum percussæ corda tua vi, Inde feræ pecudes persultant pabula læta, & quæ sequuntur.

Salientes accipit hircos] De caprarum admissura aliter omnino Varro de Re rustica, Quod ad scaturam pertinet (inquit) desistente autumno exigunt à grege in campos hircos in caprilia; item ut in arietibus dictum, quæ concepit post quartum mensem, reddit tempore verno. neq; non item Columella his verbis. Tempus admissuræ per autumnum fere ante mensem Decembrem præcipimus, ut propinquitate vere geminantibus frutetis, cum primum siluæ noua germinant fronde, partus edatur: verum Calphurnius non de admissura loquitur, sed de Veneris desiderio, quod excitat vernum tempus in animantibus, atque Aristoteles quidem de Histor. animalium scribit animalia propè omnia propensiora esse ad coitum verno tempore; porro voce salire in hunc sensum utitur etiam Varro, ibi. deterrent ab saltando fuscillas è iunco, aliare qua re, quod adligant

adligant ad naturam. Ouidius quoque inquit. Lata salitur ouis, Sed non antè greges] Primum præceptum ad religionem pertinet, sic Hesiodus in Carmine ἔργα καὶ ἡμέραι. Ἀλλὰ σὺ τῶν μὴ πέριπαι ἰσχυροῦ ἀσιφρονα θυμὸν, καὶ δὴ δὴ δὴ δὴ ἐρδεν ἰσὶ ἀθανάτων θεῶν Ἄψιδος καὶ κατὰρως, ἡδὲ δὴ δὴ δὴ μύριξ ἰδεν: & quæ ibi sequuntur. Cespitem viuo] Horat. Nunc viuum mihi cespitem hinc Verbenas pueri ponite, thuraque; Bimi cum patera meri. rursus alibi. positusque; carbo in Cespitem viuo. etenim aræ ex cespitem fiebant. hoc sacrificium erat iustrale; ipsius meminit Horatius, ibi. Nunc & in vmbrosis Fauno decet imolare lucis.

Salso farre voca] Mola, quæ in sacrificijs adhibebatur; Virg. Sparge molam, & fragiles incende bitumine lauros. auctor obsecrami carminis in Priapum. Illust mihi pauper inquilinus, Quilibet dederat, molamque; susam. aliqui putant molam fuisse farinam ex hordeo torrefacto; quod si ad Græcos ritus referamus, verum est, sed in Romanorum sacris ex farre, sale, & aqua conficiebatur.

Imbuat] Virgil. illius aram Sape tener nostris ab ouilibus imbuet agnus. Ouidius autem sic. percussaque; sanguine cultros Inficit in liquida præuisos forsitan vnda.

Ouilia lustra] Infra. Nam dum lentus abes, lustrabit ouilia Thyrsis. nil opus est hinc repetere, quæ fufius à nobis per scripta sunt in Commentarijs de Ritibus factorum Ethnicorum, quos Seneca exemplo confecimus.

Campos ouibus] Ὑπαλαμῖ, velut apud Maronem. Linquere pollutum hospitium, & dare classibus Austros. ad sententiam facit, quod scripsit superius hic noister. Sed qua lege regas & anantes lustra capellas, Et melius pratibus errantes mollibus agnos. Macrobius quoque ait in Saturnalibus. Capra verò consuetudo hæc in pastu videtur, ut semper altum pascendo petat. rursus de capra loquens. quæ dum pascitur ab imis partibus, semper prominentiam scopulorum alta deposcit: quæ verba, si Aristotelis locum, de Historia animalium, quem infra ponam, respiciunt, videndum est an rectè à Macrobio reddita fuerint: Aristoteles ait libro 8. περὶ βάρτα δὲ καὶ αἰγας, εἰσὶ μὴ ποιεῖται, τὴν δὲ νομὴν ποιεῖται τὰ μὴ περὶ βάρτα, προσεσθροδόντα καὶ μονήτως, αἰ δὲ αἰγας, τοχὺ μετὰ βάρτασαι, καὶ τῶν ἀκροῦν ἐπὶ μὴ μόνον. Sed tamen adire præstiterit Columellam, Constantinum Cæsarem, quem vocat, & alij rei rusticæ scriptores.

Simul hunc] Simulatque; Horat. Et domus exilis Plutonia, quod simul mearis, Nec regna vini sortiere talis. item alibi. qui simul stratiere ventos æquore feruido Depræliantes. rursus. quorum simul alba

mul alba nautis Stella refulsit. atque alibi non semel. Catullus quoq; ibi. *Nam simul id factum est, multis diluta labella* Guttis absterfisti omnibus articulis. deniq; M. quoq; Tullium ita quandoq; locutum fuisse, deprehendi veluti cum ait. *& simul à Cesare ei literæ, quas expectaret, remissæ essent, auctorem etiam daturum.* de hora pascendi gregis vide Columellam, qui Maronis etiam testimonium citat.

Spument tibi mulctra papillis] Verbo *spumare* vsus quoq; fuit Virgilius de eadem re loquens. *Quam magis exhausto spuma uerit vberè mulctra,* *Lata magis pressis manabant vbera mammis:* hic tamen pro *papillis* alicubi *capellis* visebatur.

Quod messe fluat] Non minus obscurè eandem sententiam expressit Virgilius. *Quod surgente die mulsere, horisq; diurnis, Nocte premunt, quod iam tenebris, & sole cadente* *Sub lucem exportant calathis, adit oppida pastor,* *Aut parco sale contingunt, byemiq; reponunt:* est autem vtriusq; poetæ hic sensus: caseus, qui ex lacte benè manè expresso fingitur, intra paucos dies absumi debet, neque enim fert diuturnitatem, qui verò ex lacte, quod vesperi emulgetur, conficitur, non ita facilè corrumpitur, itaq; in sequentem annum conseruari poterit: sed ut caseum à muribus, & à vetustate incorruptum serues, cerebrum mustela coagulo addito: de casei confectura vide (si vacat) præter ceteros, Columellam lib. 7. cap. 8.

Parce tamen fœtis] Hoc etiam Varro præcipit dicens. *Interea matres eorum bis temporibus* (intellige tu, quibus vterū gerunt) *non mulgent quidam, qui melius, omninò perpetuò, quod & lana plus ferunt, & agnos plures:* idem quoq; significare voluit Columella hoc sermone. *Quippe singuli agni binis nutricibus summittuntur, nec quicquam subtrahi summissis expedit, quo saturior lactis agnus celeriter confirmetur, & parta nutricia consociata minus labore in educatione fœtus sui.* sed & Virgilius hūc est intuitus in illis. *Et succus pecori, & lac subducitur agnis.* sed & Georgic. 3. *nec tibi fœta More patrum niuea implebunt mulctralia vacca,* *Sed tota in dulces consument vbera natos.* tradit autem Africanus omnia pecora immensum lac dare, vnàq; fœtum enutrire, si cythium comederint, aut dictamum ventribus ipsarum alligaueris; refert Constantinus Cæsar, quem vocant: verum non omne lac animalium vterum gerentium vtile esse tradit Aristoteles de Historia animalium.

Vernalis caseus] *Supra. & lac venale per urbem* *Non tacitus porta,*

porta. Virgil. *Pinguis, & ingrata premeretur caseus urbi.*

Hanc humeris portare tuis] Virgil. *hanc etiam uix Tityre duco;* *Hic inter densas corilos modò namq; gemellos, Spem gregis, absilice in dura connixa reliquit.* cæterum consule Varronem de Rustica: porro illud parenti lego *repenti* ex antiquis libris.

Ferre sinu] Tibull. *Non agnamue sinu pigeat, fœtumue capellæ Desertum oblita matre referre domum.* & quidam summus amicus meus carmine quopiam ludens ita olim cecinit. *O hæde fœlix paruule, ad cancellulos* *Quem debilem sinu referi uirgo pia, Nec fert carere te parente simula Desertum, & illam conuocantem questibus,* *Et uix trabentes languidos uia pedes.*

Procula præsepibus] Huius quoq; rei admonuit nos Virgilius. *Ipse pater statuit, quid menstrua luna moneret;* *Quo signo caderent Austri, quod sæpè uidentes* *Agricolæ propius stabulis armenta tenerent.* itaq; in hoc nostro lego deinde *amotæ non admotæ.*

Iouis inconstantia] Tunc enim crebri, repentinique imbres decidunt, quos Iouem immittere creditum est; hinc Virgilius. *Et iam maturis metuendus Iupiter uuis.* ob frequentes pluuias, quæ per id tempus decidere solent Virgilius ver *imbriferum* nuncupauit.

Cum caligine nimbos] *Βεωρτæ.* cur autem verè plurimum tonet, minimum hyeme in causa putat esse Plutarchus in æqualitatem temperiei: sed Lucretius purissimis, eisdemq; suauissimis versibus hoc ipsum fufius explicat dicens. *Autumnoque magis stellis fulgentibus alta* *Concuiitur cæli domus undiq; totaq; tellus,* *Et cum tempora se ueris florentia pandunt,* *Frigore enim defunt ignes, uentique calore* *Deficiunt, neq; sunt tam denso corpore nubes;* *Inter utrumq; igitur cum cæli tempora constent,* *Tum uariæ causæ concurrunt fulminis omnes,* *Nam fretus ipse anni permiscet frigus, & æstum;* *Quorum utrumq; opus est fabricanda ad fulmina nobis* *Vt discordia sit rerum, magnoq; tumultu,* *Ignibus, & uentis furibundus fluctuet aër:* *Prima calor enim pars, & postrema rigoris,* *Tempus id est uernum, quare pugnare necesse est* *Dissimilis inter se se, turbareq; mixtas.*

Torrentibus abstulit agnas] Tale quippiam uisitur apud Maronem. *Sæpè etiam immensum cælo uenit agmen aquarum,* *Et fœdam glomerant tempestatem imbribus atris* *Collectæ ex alto nubes, ruit arduus æther,* *Et pluuia ingenti sata læta, bouumq; labores Diluit.* & reliqua. propius tamen ad hunc locum accedunt, quæ scripta reliquit Ouidius in hæc uerba. *Expatiat ruit per apertos*

apertos flumina campos, Cumq; satis arbusa simul, pecudesq; ri-
uosa; . Teſtaq; cumq; suis rapiunt penetratia sacris. verumtamen
prætereundum non est, quibusdam legendum videri in Cal-
phurnio tondentibus pro torrentibus, hoc sensu; adeò quandoq;
inualescunt tempestates turbulente, vt agnas è manibus aufe-
rant eas tondentium .

At cum longa dies] Aestas, quò tẽpore dies longissimi sunt,
sicut hyeme breuissimi . Virgil. Atq; ubi iam breuiorq; dies, &
mollior aestas . porrò quod sequitur scientes alicubi scriptum re-
peri scientibus auferendi casu; nil tamen muto, intelligoque
æstus inducentes . Alcæus . πέντε δὲ ἡμέραι τὸ καὶ ἄνωγος . Virgil.
Inde ubi quarta sitim ueniens collegerit hora, Horat. Adduxere si-
tim tempora Virgili .

Variante Deo] Cœli iuconstantia, quã vocat Maro, iutelligit.

Humida dulces] Hac de re sic scribit Varro de Re rustica .
Cum inter hæc binã loca, ut iugum continet scirpiculos, sic colles pu-
blice distant pastiones, eaq; ibi, ubi pascuntur in eadem regione,
tamen temporibus distinguunt, ut æstate quòd tunc plurima luce exe-
unt in pastum, propterea quod tunc herba rosida, meridianæ, quæ est
aridior, iucunditate præstat. ac paulò post . Ab occasu paruo inter-
uallo interposito ad bibendum appellunt, & rursus pascunt, quoad
contenebrauit, iterum enim tunc iucunditas in herba redintegrait .
idem quoq; confirmat Columella Virgilij testimonio scribès;
De temporibus autem pascendi, & ad aquam ducendi per æstatem
non aliter sentio, quàm ut prodidit Maro . Luciferi primo cum sive
frigida rura Carpatum, dum mane nouum, dum gramina canent;
Et ros in tenera pecori gratissimus herba . Nemestianus verò sic . In-
cipe dum salices hædi, dum gramina uaccæ Detondent, uiridiq; gre-
gem permittere campo, Et ros, & primi sudet clementia solis . sed
& Constantinus, & alij Rei rusticæ scriptores idem vno ore
testantur .

Fugientibus Euris] Flare desinentibus, quod euenit circa so-
lis occasum tali de causa . Cum vaporis copia è terra excitata
amplior est, quàm vt solis radijs absorbi, atq; resolui queat,
tunc ipse humor siue halitus in altum euectus solis radijs ci-
etur, qui quantò sunt vehementiores, tantò validius ipsum
impellunt, itaq; ex oriente sole venti spirant vehementissimè,
occidente verò confacescunt, quòd eorũ motio vterius non
adiuuetur, nec quemadmodum antea, cicatur, quæ fuit Theo-
phraſti sententia in libris de Ventis; consule etiam Aristote-
lem

lem in libris de Rebus, quæ in aère gignuntur, & in Problem.

Tanguntur pascua rore] Sic est in duobus meis exëplaribus,
& ita concipio, in tertio legebatur tinguntur, quod nec valdè
respuerim, nam sic fermè loquitur Varro de Re rustica . supra
terram aère frigidiorè tinguntur: vbi tamen Victorius exscribi
debere suspicatur tanguntur, quod me in sententiam confir-
mar. ros verò nocturnus appellatur, quia noctu decidad, vnde
ipsum Lunæ filium vocauit Alcman. Δίδε δὲ ὕαπερ ἴσον τρεῖσι καὶ
σελάσας δίας .

Et matutina lucent] Poëtica descriptio eius, quod statim di-
xerat. sic Anſonius Elegia de Rosa . Vidi concretas per gramina
flexa pruinas . Pendere, aut olerum stare cacuminibus: Caulibus
& patulis teretes colludere guttas . Et cœlestis aquæ pondere tum
gravidas. cur autem matutina dixerit, sciri potest ex Aristotele
in Meteoris. itidem canit Propertius . Sidera sunt testes, & ma-
tutina pruina .

Vt simul arguta] Videtur proba lectio at: caterum hoc pre-
ceptum reperias etiam apud Varronem, Columellam, cate-
ros, sed ego Virgilij testimonio contentus ero, qui dicat . Inde
ubi quarta sitim cœli collegerit hora, Et cantu querula rumpent ar-
busa cicada, Ad puteos, aut alta greges ad stagna iubeto . Cur-
rentem ilignis potare canalibus undam: Aestibus at medijs umbro-
sam exquirere uallam . Sicubi magna Iouis antiquo robore quercus
ingentes tendat ramos, aut sicubi nigrum ilicibus crebris sacra ne-
mus accubat umbra . Horat. Velox amœnum sæpè Lucretilem Mu-
tat Lycæo Faunus, & igneam Defendit æstatem capellis Vsq;
meis, pluuiosq; uentos .

Ad fontem compelle gregem] Hic noster. Nunc ad flumen oues
deducite .

Interea ueteres] Virgilius dixit, ut alta Castaneæ, nemo-
rumq; Ioui, quæ maxima frondet Esculus, atq; alibi . Esculus in
primis, quæ quantum uertice ad auras Aethereas, tantum radice in
tartara tendit: quibus verbis veterem, annosamque esculum
intelligit .

Iam nona] Hora scilicet .

Seræq; uidebitur hora merendæ] Merèda iccirco sera dicitur,
quia sole iam ad occasum properante parabatur ante cœnam,
vt est auctor Nonius: plura nos de hac re diligenti obserua-
tione collegimus in ijs libris, quos de Cœnis antiquorum
conscriptimus .

Rursus

Rursus pasce greges] Et hic omisiss alijs Virgilius audire oportet dicentem. *Tum tenues dare rursus aquas, & pascere rursus Solis ad occasum, cum frigidus aëra vesper Temperat, & saltus reficit iam roscida luna, Litora que alcyonem resonant, & acanthya dumi.*

Leuibusnidis] Ex leui materia confectis.

Tremuli tremebunda coagula lactis.] *Εκλιπικώς*, nam sunt, vel sunt intelligi debet; de lacte tremulo hic noster. & nullatremuere coagula lactis. rursus eodem sensu. Sumo tamen calathos nutanti lacte coactos.

Succida iam tereti] *Tonsuræ tempus* (inquit Varro) *inter æquinoctium uernum, & solstitium, cum sudare ceperint oves, à quo sudore recens lana tonsa succida est appellata.* quæ Varronis verba illorum sententiam coarguunt, qui *succida vellera* hoc loco accipiunt pro lana, quæ succu imbibit, cum coloratur. cæterum *constringere tereti iunco* significat lanam tonsam in fasciculos quasi quosdam, & globos iunco iniecto comprimere, scribit enim idem Varro non multo post. *quam* (lanam) *demptam, & conglobatam alij vellera, alij velumina appellant.* & reliqua nonnulli tamen de canistro ex iuncis facto, & contexto intelligere malunt.

Cum iam tempus erit] *Tonsuræ tempus esse scribit Didymus neque frigore adhuc existente, neq; astate, sed medio vere, idem ferme prodit Varro, ut supra vidimus; nec longè inferius ab illo loco; oves hirtas* (inquit) *tondent circiter bordeaceam messem, in alijs locis ante fœnificia; quidam has in anno bis tondent, ut in Hispania citeriore, ac semestres faciunt tonsuras, duplicem impendunt operam, quod sic plus putant fieri lanæ, quo nomine quidam bis fecant prata.* hic noster à tepidis fiet tonsura calendis.

Hircorumq; iugas] Varro ubi supra. *Vt fructum ovis è lana ad uestitum, sic capra pilos ministrat ad usum nauticum, & ad bellica tormenta, & fabrilia vasa; neq; non quadam nationes harum pellibus sunt vestite, ut in Getulia, & Sardinia.* & reliqua. Columella quoq; *caper* (inquit) *optimus habetur longissimo pilo, nam & ipse tondetur Vsum in castrorum, ac miseris velamina nautis.* Virgilij locus, quem citat Columella, positus est Georgic. 3. atq; integer ita se habet. *Nec minus interea barbas, incanaq; menta Cyniphei tondent hirci, setasq; comantes Vsum in castrorum, & miseris velamina nautis.* quod etiam confirmat Aelianus de Histor. anim. dicens. *Ουκίτις λείζη Κελλιόθενς δ' Ολυβίος κέριαται*

κέριαται καὶ τὰς ἀγρὰς, ἰσορροπῶν ποικιλιὰν τὰ πρόβατα. Ἰνέιδαι δὲ ἰσσοῦ τὰς καὶ ὀτρύνει δεινῶς τὰς ἀγρὰς, ὡς εἶπεν βοσρῦχος, ὡς τινὰς ἔλικας κῆρας ἔξερπιδαι αὐτῶν. καὶ ἄλλοι τοὶ καὶ τὰς τεχίτας τῆς πῶν νεῶν ὀργασίας κατὰ χρῆσται αὐτὰς τὰς σφίρας συμπλέκοντες, ὡς καὶ τὰς κελῶς ἀλλοί.

Olentes cadere barbas] Ob tetrum odorem hircorum, & caprarum. Ouid. *Nec malè odorati sit tristis anhelitus oris, Nec lædat nares uirq; paterq; gregis,* hinc extat Catulli iocus in Rufum. *Lædit te quædam mala fabula, qua tibi fertur Valle sub alarum trux habitare caper.* Aristophanes. *ὄρον κακὸν πῶν μαχαλῶν πατρὸς τραχυσίας.*

Consimiles include comas] De qua similitudine intelligat, statim dicit. *ne longa minutis.* & cætera.

Forsice laesa cutis] *Vulnera, quæ inter tondendum quandoq; imprimuntur, pice liquida illinantur,* inquit Constantinus ex interprete.

Quæ nisi ferro] De medicina pecoris ouilli multa reperias apud Columellam lib. 7. sed & Virgilius quoq; inter præstantissima remedia vulneru abscissionem enumerat. *Non tamè ulla magis presens fortuna laborum est, Quàm si quis ferro potuit rescindere summum Vlcus os, alicur vitium, uinitq; tegendo.* qui locus ibidem à Columella pro testimonio adducitur. tu verò hic cõsidera, an per *tacitum virus* vermiculum illum intelligat potèta, quem tuberculis subesse scribit Columella.

In miserum] Antiqui codices aliquot: *ab miserum* per interiectionem.

Et putrida contrahet ossa] Pusulam accipe, de qua videndus est Columella; is pecudem, quæ tali morbo correpta est, *pusilosam* vocat.

Viuentia sulphura] Hanc quoq; medicinam agnouit Maro, cum inquit. *Aur tonsuram tristi contingunt corpus amurca, Et spumas miscent argenti, ac sulphura uiua, Ideasq; pices, & pingues unguine ceras, Scyllamq; helleborosq; graues, nigrumq; bitumen.* alicubi scriptum reperitur *liuentia*; sed & illud *prouidus* explicatione indiget; quare intelliges, vel ego *prouidus*, ut de se loquatur Mycon ob experientiam propter ætatem; vel tu *prouidus*, id est in hoc *prouidus*, si tecum portaueris *viuentia sulphura*; & cætera: sic loquitur interdum Horatius, *Magnæsam Hippoliten dum fugit abstinentes.* & *Illic matre carentibus Primitiuis mulier temperat innocens.* & *Quod uiro clemens misero peperci.* & *Donarem pateras, grataq; commodus, Censorine, meis æra*

T sodalibus,

Satibus. atque alibi sæpè, vt etiam superius adnotauit.

Scyllæ caput] Bulbos: de scylla in hunc vsum meminuit etiã Virgilius, vt ostendi. per *intacta* verò *bitumina* noua accipit, & in nullum præterea vsum vocata.

Nec brutia desit] Pix omnium probatissima auctore Plinio, est enim pinguiissima, & resinosissima: *Gignitur*, inquit, & *pinguis, liquorisq; oleacei in Sicilia Agragantino fonte insiciens riuum: Incolæ id harundinum panniculis colligunt citissimè sic adherescens: vtuntur eo ad lucernarum lumina olei uice, item ad scabiem iumentorum*. quamquam iumentorum appellatione minutum pecus non intellexerim.

Liquido picis vngere] Frustrà repetitur vox picis, quæ in illo per subauditum intellectum continetur, *nec Brutia desit Dura tibi*. quocirca sequemur veterum codicum scripturã, in quibus esset. *liquido simul vngine*, vt de axungia dictum accipimus, quam inter medicinas pecoris ouilli connumerat quoq; Columella eodem libro; illam tamen alteram scripturam confirmare videtur Varro his verbis. *Si quam in tonsura plagam accepit, eum locum oblinunt pice liquida*. & alioqui structura poscit infinitum *vngere*, ne illud *memento* sit ociosum, & vacans.

Vini argenti] *Et spumas miscet argenti*, inquit Virgilius. *argentum vinum* nominat etiam Aufonius in illo. *Miscuit argenti lætalia pondera vini*. plura tamen Plinius libro 33.

Impressurus oui] Hunc morem tetigit etiam Maro, cum de equis loqueretur. *Continuòq; notas, & nomina gentis inurunt*. Festus Pompeius, *signare* (inquit) *significat modò scribere, modò anulo signa imprimere, modò pecora signis notare*. Anacreon ode quapiam. *Εν ίχθίοις υψί ίπποι, Γυρός χαρχυμί έχασοι*. Arrianus de Expeditione Alexandri. *ὅτε αὐτῆ τῆ Γυρόν γῆ βῆς ἰθόνας ἐγκέσκαυσε ῥόπαλον, τεκμηριῶσαι ἐπὶ τῷ ὅτι Ηῤακλῆς ὁ Γυρόσε ἀφίκετο*. & de Rebus Indicis. *καὶ ῥῥὸ καὶ σκυτάλλω φορέσει τε οἱ Σίβαιο, καὶ τῶς βασιν αὐτῶν ῥόπαλον ἐπιέκασται, καὶ τῶς τοῖς μνήμων ἀνίφορον τῶ ῥόπαλῶ τῶ Ηῤακλῆσε*. à quibus signis equi alij *καππετίω*, alij *σύνφορον*, alij *φασιάνοι*, alij *βυκίφαλοι*, atq; alij alijs nominibus dicti sunt, prout quisq; aliquod signum impressum gestaret, auctoribus in primis Athenæo, & Suida: verumtamen consule nostros libros Locor. controuerf. & Assertionem, quã pro ipsis conscripsimus aduersus Yuonem illum stramentitiũ, qui in nos petulantissimè stilum distinxit: Porro instrumentum, quo huiusmodi signum imprimebatur à Latinis vocatum est *cha-*

est *charakter*, vt admonet Isidorus in Originibus.

Afferet ingentes] Hunc versum in libris Locor. controuerf. olim ita castigauit. *Auferet ingentes lectus possessor in aruo*. quãquam si legatur *in aruo*, non improbarim; certè quod aliqui in vetustis exemplaribus testantur se reperisse *ouili*, subditium est, & minus probæ notæ, quare prorsus reijciendũ autumo.

Et multo torrida limo] Quid si legamus *turbida*, quomodo erat in vno manu descripto codice? mihi sanè ferri posse videtur; sed fortasse tamen sincerius fuerit, si exscribatur. *Dum rimosa palus emulso torrida limo*. *rimosa* rimis abundans, quod potissimum euenit æstiuo tempore solis vehementia; Virgil. *Hoc, vbi hiulca stitit findit canis æstifer arua*. Catull. *Cum grauis exustos æstus hiulcat agros*. Tibull. *Qualis & arentes cum findit Sirius agros*. ad vocabulum quod attinet, sic legas apud Propertium. *Aut per rimosas mittere verba fores*. & apud Virgilium. *& multam accepit rimosa paludem*.

Puluerat herbas] Vel ita aridas efficit, vt fermè in puluerem redigat; vel puluere conspergit: vtitur hoc verbo Plinius.

Lurida conueniet] Hic tractus pulchra imitatione sumptus est ex Virgilio. *Disce & odoratam stabulis accendere cedrũ, Galbanoq; agitare graui nidore chelydros: Sæpè sub immotis præsepibus aut mala tactu Vipera delituit, cælumq; exterrita fugit: Aut tectis assuetus coluber succedere, & vmbra, Fælis acerba bouum, pecorique aspergere virus, Fouit humum*. Florentinus hæc præterea medicamenta ponit ad venenatas bestias à stabulis arcendas; *pili mulierum* (inquit) *in ipsis mandris suffumigantur, aut galbanum, aut cornu cerui, aut caprarum vngule, seu pili, aut bitumen, aut casia, aut conyza, aut aliud quippiam graue olens, singula per se, aut plura etiam per se, aut simul omnia*: refert Constantinus Imperator libro 18. idem quoque tradiderat Columella, & Plinius.

Magalia] Peregrina vox, & Afrorum propria ex Carthaginiensi solo ad nos translata, ea tamen vsus est Virgilius dicēs. *& raris habitata magalia tectis*. idem pollet vox *magalia*, sed est differentia in modulo syllabæ mediæ. Virgil. *Miratur molem Aeneas, magalia quondam*. & alibi. *Vt primum alatis tetigit magalia plantis*.

Malis odor anguibus] Respondet ei, quod suprã citauimus ex Virgilio. *aut mala tactu Vipera*.

Serpentum cecidisse minas] Virgilius sic. *cape saxa manu, cape*

phora pastor, Tollentemq; minas, & sibilam collatumentem De-
ijce. Lucretius verò sic. *Quin etiam tibi si lingua vibrante minan-
tem Serpentem.* & cetera.

Exarmata veneno] Siquidem venenum serpentibus loco ar-
morum à natura tributum est; exarmantur igitur, cum vene-
no priuantur; Silius. *Necnon serpentes diro exarmare veneno*
Doctus. contra Virgilius dixit. *ferrumq; armare veneno.* Iusti-
nianus in proemio Institutionum ad civilem prudentiam; Im-
peratoriam maiestatem (inquit) non solum armis decoratam, sed
etiam legibus oportet esse armatam.

Aperit cum vinea sepes] Autumni descriptio à consequen-
tibus. Virgil. *tibi purpureo gravidus autumnus Florat ager, spu-
mant plenis vindemia labris.* & in fine. & *varios ponit sætus au-
tumnus, & alid Mitis in apricis coquitur vindemia saxis.* Sed hinc
autumnus aperit sepes dominis agrorum, & vinearum ad as-
portandas uvas; Cimon verò omni tempore aperiebat sepes
suorum prædiorum plebi, & populo, ut omnes inde suo arbi-
tratu uvas, & poma sumere possent; Aemilius Probus.

Securus vinitor] Tunc demum securus, cum uvas in lacus
conijciat; vinitor autem est vineæ cultor, siue etiam vinde-
miator. Virg. *Iam canit extremos effætus vinitor antes.*

Incipe falce nemus] Hac de re hæc sunt Columellæ verba.
*At contra penuria hyemis succurritur obiectis intra tectum per præ-
sepia cibis; aluntur autem commodissime repostitis vimeis, vel ex fra-
xino frondibus, vel autumnali sæno, quod cordum vocatur.* sed &
Maro inquit. *Post hunc digressus iubeo frondentia capris. Arbu-
ta sufficere, & fluuios præbere recentes.* quod etiã intellexit ibi.
Hinc alta sub rupe canet frondator ad auras. *vinas* autem frondes
appellat virentes: intelligit autem herbitum, ut vocat Isidorus
in libris Ethymologiarum.

Stringere virgas] Virgil. hinc, *vbi densas. Agricola stringunt*
frondes. rursus. *Tunc stringe comas, tunc brachia ronde.* *summa-
tim* autem ex summa parte, ex cacumine; alias aliter; ut. *sum-
matim dicere conor.*

Seruare comas] Frondes arborum. Horat. *Vos latam fluuijs,*
& nemorum coma. item alibi. *Et spissa nemorum coma.* rursus.
redeunt iam gramina campis, Arboribusq; comæ. Catull. *Cytho-
rio in iugo Loquente sepe sibilum edidit coma.* de re sic ait Hora-
tius. *Deiunctum curas, & strictis frondibus exples.*

Non exciuit Affricus umbras] *Cux umbras tremulas vocauerit*
hic Vir-

hic Virgilij versus declarare potest. *Siue sub incertas Zephyris*
motantibus umbras; exciuit autem folia, & per hoc umbras.

Extremus clausit annus] Hyems, quo tempore pecus intra
præsepia clausum haberi solet; Horatius, cum ver describeret,
inquit. *Ac neq; iam stabulis gaudet pecus, aut arator igni.* incidit
autem extremitas anni in mensẽ Decembrem, quo mense
Terminalia festa celebrabantur in honorem anni vertentis.

Gnauaq; sedulitas] Superius ita. *Iam pro me gnauam potes*
exercere iuuentam.

Miscere recentes] Quæ sint frondes, quas siccis misceri oportet,
statim exprimet. ibi. *Tutamen aut laues hederas, aut molle*
salictum Valle premes gelida. Columella de atinia, quæ vlmis
est species, loquens, ita habet lib. 5. *est vlmus longè lætior, &*
procerior, quàm nostras, frondemq; iucundiorẽ bobus præbet: qua
cum assidue pecus alueris, & postea generis alterius frondem dare in-
stitueris; fastidium bobus affert: & quæ plura deinceps illic
sequuntur.

Torrida nimbis] Superius *torridam æstatem* nominauit, & re-
ctè: sic etiam Virgilius. *iam uenerit æstas Torrida.* eodem pa-
cto nunc hyemem vocat summa ratione, siquidem frigus vren-
di facultatem habere non quidem per se, ac sua vi, sed κατὰ
συμβεβηκός, certum est, dum calorẽ videlicet ad interiora con-
trahit, qui demum ita coactus κατὰ τὴν ἀετιπαιρῆσιν vehementer
agit, atq; interdum ita sanè, ut etiam penitus exurat, alio-
qui minimè vsturus, si circa externa solummodò versaretur;
fuit hæc Aristotelis sententia in libris Meteorologicis. his verbis
expressa, ποιητικὸν τὸ ψυχρὸν ὡς φιλοερτικὸν ἢ ὡς κατὰ συμβεβηκός, κα-
τὰ ἀπορρητικὸν πρῶτον εἶδος. καὶ καὶ κενὸν γέται καὶ θερμάνων τὸ ψυχρὸν,
& ὡς τὸ θερμὸν ἀπὸ τῶ σωαζεν ἢ ἀετιπαιρῆσιν τὸ θερμὸν. id quod
paulò post magis adhuc aperit dicens. *Ξεραινται δὲ πάντα, ἢ*
θερμάνουσα, ἢ ψυχούσα, ἀπὸ θερῆς δὲ θερμῆς, καὶ τῆς ἐπὶ τοῦ θερμῆς
πρῶτος, ἢ τῆς ἐξῆς. & quæ ibi plura sequuntur in eam sententiã,
nam satis est, arbitror, digitum ad fontem intendisse; itaq; le-
gas apud Marronem. *aut Boreæ penetrabile frigus adurat.* Luca-
nus sic. *vrebant montana niues.* hic noster paulò infra. *ne forte ri-
gor penetrabile corpus Vrat.* Cornelius Tacitus. *Ambusti mul-
torum artus vi frigoris, & quidam inter excubias exanimati sunt.*
Iustinus. *quamquam continuis frigoribus vrantur, pellibus tamen*
ferinis, aut murinis vestiuntur. hinc pruinam dictam volunt, quod
fructus, & virgulta perurat.

Incur-

Incuruare velis nemus] Pro locorum qualitate frōdes citius, feriusue decidunt, & multæ præterea arbores reperiuntur, quæ tota hyeme folia seruant, itaque non est absurda sententia, si medijs frigoribus frondes stringere prohibet: aliqui codices habebant *vimen* pro *nemus*: sed tunc versus ratio non constabit, nisi legatur, & *stringere frondes*, vt vltima syllaba in *vimen*, extendatur ob cæsuram, quod non est nouum apud probatos auctores.

Leues hederas] Expolitas, lubricas; Plinius quoq; hederæ folia *lauiæ* appellauit; qua de causa nix ex eis citò defluit, tamen non defunt, qui ob humiditatem foliorum id accidere putent, vt docet Plutarchus in Quæstionibus Coniuuialibus: rectè verò Calphurnius hederæ meminit ob perpetuitatem foliorum, huic enim plantæ folia non decidunt, vt notum est, quod ex Empedocle obseruauit etiam Plutarchus loco statim indicato.

Molle salictum] Flexibile, & lentum, cui notioni haud omninò crediderim vsquequaq; respondere Græcum *ελαδινον*, de qua voce ne te pigeat adire nostros libros Locor. controuerf. & Assertionem, quam edidimus aduersus Yuonem quemdam Villiomarum impurum hominem, & nullius iudicij.

Valle premes gelida] Vbi nimirum fœlicius hederæ proueniunt, auctore Theophrasto de Causis eorum, quæ oriuntur è terra.

Nihil aridus] Aceruus foliorum aridorum, cuiusmodi multa enumerat Columella lib. 7.

Liquido turgentia succo] Plena, tumētia; hoc enim valet verbum *turgere*, sicut apud Græcos *εργεν*. Virgil. *iam lato turgent in gramine gemma*. vnde vox *εργεν* duci potuit, quod aliquo pacto confirmare videtur M. Tullius in Quæstionibus Tuscul. ibi. *Corq; meum penitus turgescit tristibus iris*. sic etiam Horatius. *va meum Feruens difficili bile tumet iecur*. Plutarchus *συμποσιακόν* lib. 3. *ισορῶσι ὅτι καὶ σκία σμίλακος ἀποκτενεῖ τῆς ἐγκαταδεδρεῖστας, ὅταν ἐρχῆται πρὸς τὴν ἀβύσσον*.

Præcipue gelidum] Hac de re sic inquit Columella. *Detur opera, ne quis humor subsistat, vt semper quàm aridissimis filicibus, vel culmis stabula constrata sint, quò purius, & mollius incubent fætæ*. Virgil. *Incipiens stabulis edico in mollibus herbam* *Carpere oues, dum mox frondosa reducitur æstas, Et multa duram stipula, filicumq; manipulis Sternere subter humum, glacies ne frigida ledat*

Molle

Molle pecus, scabiemq; ferat, turpesq; podagras.

Sed iam fera dies] Honestæ discessionis causa, velut apud Nemesianum. *Sed iam soldemittit equos de culmine mundi*. & *Frigidus è siluis donec descendere suasit Hesperus*. consule nostros libros Locor. controuerf. illic, vbi Maronis illud emendamus, atque explicamus. *Surgamus. solet esse grauis cantantibus vmbra*.

Noctifer horas] Expressit Græcā vocem *Hesperus*, vt sic Latinè respondeat huic contrariæ *Lucifer*: eadem vsus est Catullus in illo. *Nimirum athercos ostendit noctifer ignes*. est autem vtraq; eadem Veneris stella, quæ manè oriens *Lucifer*, serò apparet *Hesperus* appellatur: de his apud Isidorum in libris Originum ita scriptum reperias. *Lucifer dictus, eò quòd inter omnia sidera plus lucem ferat; lucifer enim est vna ex planetis; hæc propriè & iubar dicitur, eò quòd iubar lucis ex se fundat; sed & splendor solis, & lunæ, ac stellarum iubar vocatur, quòd in modum iubar radij ipsorum extendantur*. *Vesperus stella occidentalis, quam cognominatam perhibent ab Hespero rege Hispaniæ: est autem & ipsa ex quinque stellis planetis noctem ducens, & sequens solem: fertur autem, quòd hæc stella oriens Luciferum, occidens Hesperum facit; de qua Statius. & alterno deperditur humor in ortu: quòd autem eadem stella manè luceat, & serò aperte ostendit Catullus in Carmine Nuptiali dicens. Nocte latent fures, quos idem sæpe reuersus Vespere mutato comprehendis nomine eosdem*. porrò *frigidus* à Calphurnio vocatur ex rei natura; sic etiam Nemesianus. *Frigidus è siluis donec descendere suasit Hesperus*. qua ratione *frigidam* noctis vmbra appellauit Virgilius. *Frigida vix celo noctis decesserat vmbra*.



E C L O G A VI.

A S T I L V S , L Y C I D A S , E T M N A S Y L L V S .

A S . E R V S ades Lycida; modo Nyctilus, & puer



Alcon

Certauere sub his alterno carmine ramis
Iudice me; sed non sine pignore. Nyctilus
hædos

Iuncta matre dedit: catulum dedit ille: Leena
Iuravitq; genus. sed sustulit omnia victor.

L Y . Nyctilon vt cantu rudis exuperauerit Alcon,
Astile credibile est, vt vincat Acantida cornix.
Vocalem superet si dirus Aedona bubo.

A S . Te patiar Crotale, qua nunc ego maceror vna,
Si magis aut docili calamorum Nyctilus arte,
Aut cantu magis est, quam vultu, proximus illi.

L Y . Iam nunc decipior te iudice. pallidus alter
Venit, & hirsuta spinosior histrice barba.
Candidus alter erat, leniq; decentior ouo,
Et ridens oculis, crinemq; simillimus auro:
Qui dici posset, si non cantaret, Apollo.

A S . O Lycida, si quis tibi carminis vsus adesset,
Tu quoq; laudatum posses Alconâ probare.

L Y . Vis igitur, quoniam nec nobis improbe par es,
Ipse tuos iudex calamos committere nostris?
Vis conferre manum, veniat licet arbiter Alcon?

A S . Vincere tu quenquam: vel te certamine quisquam
Dignetur? qui vix stillantes arida voces
Rumpis, & expellis male singultantia verba?

L Y . Fingas plura licet nec enim potes improbe verba
Exprobare mihi, sicut tibi multa Lycotas.
Sed quid opus vana consumere tempora lite?
Ecce venit Mnasyllus. erit (nisi forte recuses)
Arbiter. Instâ nunc non credulus improbe verbis.

Malueram

Malueram, fateor, vel preda naetus abire,
Quam tibi certanti partem committere vocis.
Nec tamen hoc impune feres. En aspicias illum,
Candida qui medius cubat inter lilia ceruum.
Quannus hunc Petale mea diligat, accipe victor.
Scit frenos, scit ferre iugum, sequiturq; vocantem
Credulus: & mensa non improba porrigit ora.
Aspicias vt fruticet late caput? vtq; sub ipsis
Cornibus, & tereti lucent redimicula collo?
Aspicias, vt niueo frons irretita capistro
Lucent? & à dorso que totam circuit aluum
Alternat vitreas lateralis cingula bullas?
Cornua subtiles, ramosaq; tempora molles
Implicuere rosa, rutiloq; montia torque
Extrema ceruice notant: vbi pendulus apri
Dens sedet, & niuea distinguit pectora luna.
Hunc ego, qualemcumq; vides, in valle pacifcor
Pendere: dum sciat hic se non sine pignore vinci.

L Y . Terreri Mnasyllæ suo me munere credit.
Aspice, quam timeam. genus est (vt scitis) equarum
Non iugale mihi: quarum de sanguine ponam.
Velocem Petason, qui gramina matre relicta
Nunc primum teneris libauit dentibus. Illi
Pes leuis, adductum latus, excelsissima ceruix:
Terga sedent: micat acie caput: sine pondere ceruix:
Et tornata breui substringitur vngula cornu,
Vngula qua viridi sic exultauit in aruo,
Tangeret vt fragiles, sed non curuaret aristas.
Hunc dare, si vincar, siluestria numina iuro.

M N . Et vacat: & vestros cantus audire iuuabit.
Iudice me sanè contendite, si libet. Istic
Protinus ecce torum fecere sub ilice Musa.
Sed ne vicini nobis sonus obstrepat annis,
Gramina linguamus, ripamq; volubilis vnda.
Nanq; sub exseso raucum mihi pumice lymphæ

V

Respon-

Respondent: & obest arguti glarearii.

A s. Si placet, antra magis vicinaq; saxa petamus,
Saxa, quibus viridis stillanti vellere muscus
Dependet, scopulisq; cauum sinuantibus arcum
Imminet exesa veluti testudine concha.

M n. Venimus, & tacito sonitum tutabimur antrō.
Seu residere libet, dabit ecce sedilia topus.
Ponere seu cubitum, melior vires herba lapillis.
Nunc mihi seposita reddantur carmina lite.
Nam vicibus teneros malim cantetis amores,
Astile tu Petalem, Lycida tu Phyllida lauda.

L y. Tu modo (nos ipsi iam nunc Mnasyllē precamur):
Auribus excipias, quibus hunc & Acantida nuper
Diceris in sylva iudex audisse Thalea.

A s. Non equidem possum, cum prouocet iste, tacere.
Rumpor .n. merito, nihil hic nisi iurgia querit.
Audiant, aut dicat, quoniam cupit, hoc mihi certe
Dulce satis fuerit, Lycidam expectare trementem:
Dum te stante palam sua carmina pallidus audit.

L y. Me puto vicinus Strymicon, me proximus Aegon.
Hos inter frutices tacite risere volentem
Oscula cum tenero simulare virilia Mopso.

A s. Fortior ò utinam nondum Mnasyllus adesset.
Efficerem, ne te quisquam tibi turpior esset.

M n. Quid furitis? quæ vos insania tendere iussit,
Si vicibus certare placet? Sed non ego vobis
Arbiter, hoc alius possit discernere iudex.
Et venit ecce Micon: venit & vicinus Iolas.
Lūibus hi vestris poterunt imponere sinem.



COM-

COMMENTARIUS

In Eclogam Sextam.



ITIGIVM hæc Ecloga inscribitur in libris, qui è Iunctarum typographia prodierunt; sumitur autem titulus ab argumento Idyllij. Serus ades] Pro serò: hic noſter. Cum serus ouilia viſes. Horat. tamen ehu, serus adulteros Crines puluere collines. sic alibi. Nec vespertinus circumgemit vsus ouili. item. Si vespertinus subito te oppreſſerit hospes: & alibi. vrbis auentes Mænia nocturni ſubreperere. Virgil. Nocte natat cæca serus freta. quod loquendi genus à Græcis originem traxit. Homerus. Χείρας ἔβα μετὰ δάκρυα. rursus. Ὄς κίππενημδίοι συκρῶ κρινόμεν Ἀρήϊ. ac rursus. Ὁ χρί παρνεύχων ἐνδὲν βελιφόρον ἀδύσα. Hesiod. Παινεύχιος δ' ἀδύ ἐλεκτο παρ ἀδύοιν περρα κοίτι. Euripides. μεσανύκτιος ὠπύμασ.

Alterno carmine] Ita enim sibi inuicem respondere pastores, ac pignora perſape deponere introducuntur, vt vidimus alicubi ſuperius: de amœbeo carmine adeundus est Seruius ad illud Maronis. Vis ergo inter nos, quid poſſit vterq; vicissim Experiamur?

Iuncta matre] Vnà cum ipsa eorum matre.

Catulum dedit ille] Hic verſus ita legebatur in vno manu deſcripto codice: catulum dedit ille, Laconum Iurauitq; genus: quod cur improbem nulla est cauſa; commendat enim Astilius Alconis catulum pro pignore poſitum à generis nobilitate, ſiquidem ex agro Spartano generoſiſſimi canes afferebantur. Virgil. Armaq; Amycleumq; canem, Creſſamq; pharetram. rursus ibidē. ſed vna Veloces Sparta catulos, acremq; Moloſſum. Nemeſianus Cynegético. Elige tunc curſu ſacilem, ſacilemq; recurſu Seu Lacedæmonio natam, ſeu rure Moloſſo, Non humili de gente canem. ita tamen hanc ſcripturam amplector, vt vulgar alteram non reiſciam, cui ſenſum hunc ſubſeſſe arbitror: depoſcit Alcon catulum, quem ex cane grauida facta læana peperit, vt ſic ferociſſimum fuiſſe intelligamus; porrò notum

est ex tigris, lupis, vulpeculis, ceterisque; huius generis diversis animalibus canes quandoque concipi, ut auctor est Plinius lib. 8. & Xenophon de Venatione; Gratius quoque idem prodit his carminibus. *Tunc & mansuetis tuto ferus errat adulter Instabilis, vltroque; grauis succedere tigrim Ausa canis, maiore tulit de sanguine factum.* hinc apud Maronem Lycisca factum nomen, *λύκος* enim lupus dicitur, *σκύλαξ* vero catulus. *Excipere insidias multum latrante Lycisca.* videndus tamen omnino est Aelianus de Animalibus lib. 8. cap. 1.

Acanthya cornix] Sæpe huiusmodi quopiam simili utitur poëta, cum inaequalitatem, ac discrimen aliquod longè intercedere inter aliquos ostendere volunt. Lucret. *quid enim contendat hirundo Cygnis? Virg. sed argutos inter strepere anser olores.* Lucanus in Panegyrico. *Sed nec olorinos audet Pandionis ales Parua referre sonos, nec si velit improba, possit; Sic & Aëdonia superantur voce cicadae, Stridula cum rapido faciunt conuicia soli.* Aufonius ad Paulinum. *Si vitulum tauro, vel equum committis onagro, Si confers fulicas cygnis, & aëdona parua, Castaneis corylos aëque, viburna cupressis.* Pindarus. *σοφὸς δὲ πολλὰ ἠδ' ὅς φασί. Μαδόν τις δὲ λάβροι Ποσειδασία, κόρανας ὡς Ἀκραιτα γαρήντου Διὸς πρὸς ἄρηια θάου.* Theocrit. *Ὅστις νικασὲν τὸν πλατίν, ὡς τὸ πύπυϊσσε, Σφαξ βρομβῶν ἡλίγος εὐακτίον.* rursus in fine. *Ὁδ' εὐμιτὸν ἄκων ποτ' ἀδὸν ἀκίνας ἱρίσθην, Ὁδ' ἑποπας κυκιοισι, τὸ δ' ὦ τολευεῖα φιλεχέης.* rursus alibi. *βῆτραχος δὲ ποτ' ἀκρίδας ὡς τις ἱρίσθην.* neq; non alibi. *Ὁσον ἑλαφρότερος μὲν ἔστω νεβρός, ἴσθην ἀδ' ἄν Συμπάτων λιγύρονος ἀιδότατη πεπιδῶν.* sæpe enim poëta auibus comparantur ob cantus suauitatem. Horat. *Iam iam residunt cruribus aspera Pelles, & album mytor in alitem Superne.* & reliqua. item alibi. *Multa Dircæum leuat aura cygnum, Tendit, Antoni, quoties in altos Nubium tractus.* est autem acanthya avis, quam Latini *acredulam*, siue *lusciniam* vocant, ita enim exponit Seruius ad illud Maronis. *Litora; alcyonem resonant, & acanthida dum.* huius auiculæ meminit Aelianus, eiq; à spinis, in quibus nidulatur, nomen fuisse inditum scribit his verbis. *κακίον τὸν ὄρνιν, ἐκ τῶν τριφασῶν ἀκακίων λαβὴν τὸ ὄνομα οἱ σοφοὶ τὴν δ' ἱρίσθην φασί. φέγγεται ἢ ἀρὰ θυμῶς, καὶ μέσον δεινῶς.*

Vocalem superet] Lusciniam dulce canentem, hoc enim modo pollet dictio *vocalis*, velut apud Nemesianum. *Vocalem longos quæ ducit aëdona cantus.* Hesiodus eandem appellauit *πικυλοφειρον καὶ αἰδῶν.* sed mirum est Aristophanem in Ranis *ἀιδῶν*

non lusciniæ, sed hirundinis cantum appellare: Bubo avis est funebris, & infausta, nec cantu aliquo vocalis, sed gemitu, ut scribit Plinius: itaq; Virgilius ait. Solaq; culminibus serali carmine bubo Sæpe queri, & longas in fletu ducere voces. & Ouid. *Eæda; sit volucris venturi nuncia luctus Ignauus bubo, dirum mortalibus omen.* plura de hac aue tradit Aelianus libro octauo de Historia animalium.

Te patiar] Duram, aduersam, iratam *ἐκκλητικῶς*, vel etiam *ἀπλῶς*, quandoquidem *τὸ pati* per se molestiam præferret; est autem *ἀποστραφῆ* ad Crocalem absentem.

Maceror vna] Vox amantium, cum se impotenti amore teneri significant. Horat. *me libertina nec vno Contenta Phryne macerat, rursus. Quam lentis penitus macerer ignibus.*

Proximus illi] Negat id, quod consequitur, vt, quod antecedit, inficietur: non magis (inquit) cantu similes sunt Alcon, & Nyctilus, quam sint ipso vultu: verum hoc dissimillimi omnino sunt, namq; Alcon pulcher, Nyctilus turpis, ac deformis habetur; ergo canendi quoq; artificio valdè inter se discrepant.

Pallidus alter Venit] Fuit; sicut apud Maronē. *An Deus immensi venias maris.* rursus. *Hinc populum late regem, belloq; superbum Venturum excidio Lybiæ.* vel *venit*, id est in certamen descendit.

Spiniosior histrice] Habens barbam, vel pilos horridiores histrice; eadem figura subest Horatiano illi. *Nube candentes humeros amictus Augur Apollo. hirsutum supercilium dixit Virgilius. Hirsutumq; supercilium, promissaq; barba. & frontem hispidam.* ibi. *cui laterum tenuis hispida nanti Frons hominem præfert.* & Horatius *faciem hispidam.* *Mutatus Ligurinum in faciem verterit hispidam.* sed hic noster rem auxit per comparationem histricis, de quo animali consulendi in primis sunt Aristoteles, Plinius, Aelianus, & Solinus.

Candidus alter erat] Argumenti vires, quo Atilus vsus fuerat, conuertit Lycidas in aduersarium, affirmans Nyctilum formosissimum esse, Alconem verò insigni turpitudine præditum; quòd autem Alcon candidus esse dicitur, opponitur illi. *pallidus alter Venit:* quòd leni decentior ouo illi, & *hirsuta spiniosior histrice barba:* & est allusum in comparatione oui ad prouerbium *Ouo nudior*, quod vsurpauit Nicia in Epigrammate. *Τὴν κεφαλὴν βῆτων τις ἀπώλισε τὰς τριχὰς αὐτῆς. Καὶ δεινὸς ἄνθρωπος ὄν ἄπας ἔργον.*

Et ridens oculis] Hilaritatem quandam oculis præferens, sic etiã dictus est *oculus ridens* à Musæo. ἴσθ' ἔτι τῆς ὀφθαλμοῦ κελῶν ἕκαστον χαρῆς πᾶσι πάλαι. hilaritatem igitur Nyctili, & auream ipsius comam dilaudat Lycidas: color enim flavus, & auro similis in puerorum comis valdè commendatur. Horatius de quorundam sententia. *Cui flavam religas comam Simplex munditijs*: Ouid. *At mihi flaventes diriguere comæ*. idem epistola Medææ ad Iasonem. *Cur mihi plus æquo flavi placuere capilli*: Hesiodus Theogonia. Χρυσόχρῶς δὲ Διόνυσος ἑκατόν Ἀρίστων, Κέρων Μίνωος θαλλῶν ποιῶσάτ' ἀκοίτην. Anacreon de Bathylo. Ἀππαράς κῆμας πόσον, τὰ μὲν ἀδοθῶς, μελάνιας, τὰ δ' ἐς ἄκρον, ἠλιώσας. idem Amorem χρυσοχάτων nuncupavit.

Vis igitur] Huiusmodi quæpiam pronocatio extat apud Maronem, ibi. *Vis ergo inter nos, quid possit uterq; vicissim Experiamur*: vox *improbus* respondet Græcæ voci κακός. Theocrit. τὸ δ' οὐκ ἔστι καὶ τὸ πρὸ ἐπὶ κακῶν Βασκαίων. Virgilius *laborem improbum* appellavit. *labor omnia vincit Improbus, & duris virgens in rebus egestas*. idem. *improbis iste Exultat fidens*. Horat. *improbis urget Iratis precibus*. alibi. *Viuet uter locuples sine gnatis, improbus ultrò Qui meliorem audax nocet in ius*. item alibi. *negat improbus, & te Negligit, aut horret*. Valerius Flaccus, *Ille iterum in clypei septemplex improbus orbem Arietat*. quibus in locis vox *improbus* valet peruicacem, & indefessam pertinaciam. Virgilius conuitij loco *scdissimum* quempiam nominavit; *aut quisquam meritò scdissime pulsus*. *Arguet*: loquitur Turnus Drancem increpans. sed quod in nostro deinde legitur *par es*, alicubi scriptum erat coniunctim *pares*, id est obtemperas.

Veniat licet arbiter Alcon] Quem tu tantopere dilaudas, quiq; iccirco iure mihi suspectus esse deberet: non aliter Virgilius. *Audiat hæc tantum vel qui venit, ecce, Palemon*. hic enim Dametæ vicinus fuisse fingitur, quæ res in propinqua amicitia parte deputanda est auctore Terentio.

Vincere tu quemquam?] ἔκλειπτε. Virgil. *Cantando tu illum*:

Velte certamine quisquam] Insignis contemptus inest huic orationi; sic etiã reperias apud Virgilium. *atq; idem fugientem haud est dignatus Orontem Sternere*. in hunc sensum exaudienda sunt, quæ scribit Ouidius sub Aiæ personâ, ibi. *Premiam magna peti, fateor, sed demit honorem Aemulus Aiæ: non est tenuisse superbum, Sit licet hoc ingens, quicquid speravit Pylæus, Ipse tulit pretium iam nunc certaminis huius; Qui, càm victus erit,*

erit, necum certasse feretur. quem locum aut superavit, aut saltem commodissimè expressit magnus ille noster Tassius, cum de Gerlando loquitur de Rinaldi fama cõtumeliosissimis verbis detrahente; ibi. *Vinca egli, ò perda homai, che vincitore Fù infino all'hor, che emulo tuo diuenne: Che dirà il mondo (e ciò fia sommo honore). Questigià con Gerlando in gara venne: Poteva à te recar gloria, e splendore: Il nobil grado, che Dudon pria tenne; Ma già non meno esò da te n'attese; Costui scemò suo pregio all'hor, che l'chiefe*. multa præterea in hanc sententiam colligere possem ex Græcorum, Latinorumque monumentis; verum non omnia persequi in animum induxi.

Stillantes arida voces] Superius dixit. *& post hæc placuit tibi torrida Mopsi Vox, & carmen inops, & acerbæ stridor auenæ*: confer cum hoc loco illum alterum Nemesiani. *Sed pro carminibus malè sibilata dissona reddit. Tum Pan excussum sonitu stridentis auenæ*. quod Virgilio acceptum ferri debet dicenti; *num tu in triuijs indocte solebas Stridenti miserum stipula disperdere carmen*: Virgilius porrò à Theocrito mutuo sumpsit, qui scripserit. τὰ ποιῶν σφίρῃ, τὸ ἔργον ποικιλῶν Συβαρῶν Ἐκπῆσο σφίρῃ, τὰ δ' ἐκείνῃ τὸ Κορὸνδον, Ἄρκαίτοι κελάρκε αὐλῶν ποπύδων ἐχόντι.

Singultantia verba] Intercisa, quasi per singultus emissa. Horat. *Singultim pauca locutus*.

Improbe verba] Crediderim iegi debere *vera*, ut opponatur illi, *Fingas plura licet*: nam statim sequitur per contrarium. *sicut tibi multa Lycotas*. nec dubito de sinceritate huius lectionis, tametsi refragentur omniã ad vnum exemplaria: *improbum* etiã usurpauit Maro eodem significatu. *ille asper, & improbus ira*. *Sauit in absentes*. sed & de monte idem dixit. *Fertur in abruptum magno mons improbus actum*; quod est ex Homero. αἰανθῶς ἀχματὰ πῆρες. vide quæ paulò supra de hac voce annotauimus; sed & apud Nemesianum quippiam me obseruasse memini.

Ecce venit Mnasyllus] Hoc nomen reperias etiã apud Maronem. *Chromis, & Mnasyllus in antro Silenum pueri somno videre iacentem*. vbi Seruius vtrumq; Satyrorum nomen esse tradit.

Vel predam nactus] Id est, etiã si probè sciam me predam quasi predam adeptum esse, mallem tamen abire ea dimissa, quàm te meo congressu dignari; aut est legendum, quomodo vnus liber vetustissimis typis excussus habebat, *vel preda victus abire*, id est maluissem equidem discedere victus, quoad pignus.

pignus attinet, quàm tecum certare, neque enim is es, vt te quisquam certamine dignetur, maluisse igitur pignus amittere, & hac parte quasi me victum fateri, *Quàm tibi certanti partem committere vocis.* pignus autem quasi predam futurum fuisse Lycidæ affirmat, quoniam immeritò ipsum auferret.

Non impune feres] Quominus & ipse quoq; aliquid contra deponas, vnde inferius dicit. *dum sciat hic se non sine pignore vinci.*

Candida qui medius] Epithetum perpetuum, sunt enim lilia eo colore maximè conspicua, vtpotè ex Iunonis lacte prognata; velut fabulantur poetæ. Virgil. *albaq; circum Lilia, verbenasq; premens, vescumq; papauer.* rursus. *& candida circum Lilia fundantur.* item. *vel mista rubent mihi lilia multa Alba rosa.* Propert. *Et circum irriguo surgebant lilia prato Candida purpureis mista papaueribus.* & *Lilia non domina sint magis alba mea.*

Scit frenos] Commendatio pignoris à ceruæ mansuetudine, indicat enim ipsam cicurem esse, quales Amata, Scipionis, Sertorij, Mithridatis, aliorum ceruæ fuisse memorantur; facile autem hoc animalis genus cicurari solere docet Plinius, quod verò addit; *sequiturq; vocantem*, pertinet ad id, quod de hoc animante scriptum est ab Aeliano de Historia animal. in hac verba. *τῶ Πολεμαίῳ τῶ δοντῶ, ὃν καὶ Φιλάδελφον καλεῖσι, ἡρέφες ἔλαφες δ' ἄρον ἐδ' ὄθνη. καὶ τῆ φωνῆ ἀδελφῶν τῆ Ἐλάδι, καὶ καλεῖται σωίαι. ἐπεπύδον δὲ πρὸ τῆς τῆ ζῶης, καὶ Ἰνδῶν μόνως φωνῆ ἰπαίον τῆ ἔλαφες.*

Vt fruticet latè caput] Latè cornua diffundat instar fruticū, vnde paulò post *ramosa tempora* appellabit, quomodo Virgilius. *Et ramosa Mycon viuacis cornua cerui.* & in Maiori opere. *Ductoresq; ipsos primùm capita alta ferentes Cornibus arboreis sternit.* vel iccirco *fruticat* dixit, quia sæpè obseruatum est inter cornua cernuorum hederam adnasci, auctore Plinio; cuius verba adscripsi. *Captiq; iam sunt hedera in cornibus viridante ex attritu arborum, vt in aliquo ligno teneris, dum experiuntur innata.* idem antea scripserat Aristoteles, vnde Plinius sumpsit, de Historia animal. & in Commentario de Admirandis narrationibus.

Lucent redimicula collo] Propriè ornamenta, & vincula capitis muliebria. Iuuenal. *accipient te Paulatim qui longa domi redimicula sumunt Frontibus, & toto posuere monilia collo.* sed nunc his ceruum, quem in delicijs habebat Athacus, exornatum fuisse dicit, quod ex Ouidio sumptum opinor, vbi de Cyparissi ceruo nescio quid huic simile scriptum reliquit dicens.

cens; Ingens cernus erat, latèq; patentibus altas Ipse suo capiti præbebat cornibus vuas; *Cornua fulgebant auro, demissaq; in armos* Pendebant tereti gemmata monilia collo: *Bulla super frontem paruis argentea loris* *Vincta mouebatur; parilesq; etate nitabant* *Auribus è geminis circum caua tempora bacca.* & reliqua: sic de tauro Europæ. *Paulatimq; metu dempto, modò pectora præbet* *Virginea palpanda manu, modò cornua fertis* *Impedienda nouis.* non omiserim etiam Virgilianum illud. *Aurea pectoribus demissa monilia pendent.*

Niuco frons irretita capistrō] Purpureū capistrū Cyparissi ceruo tribuit Ouidius. *Mollia purpureis frenabas ora capistris.*

Vitreas bullas] Huiusmodi sanè conueniunt pastoribus; at Cyparissus argenteas indidit suo ceruo, vt vidimus ex Ouidio.

Cornua subtiles] Rosæ possunt dici subtiles ab earum natura, & qualitate, nam Plinius de rosa loquens, libro 21. inquit. *Emplastris, atq; collyrijs inseritur mordaci subtilitate.* sed quæ mens fuisset Calphurnij, si huiusmodi epithetum hoc quidem in loco vsurpasset? erunt igitur *subtiles rosæ*, tenues, & exiles ad differentiam centifolia, quæ non nisi in extremis coronarum cardinibus addi consuevit: in perueteri exemplari scriptum reperi *sutiles*, quam lectionem, nisi syllaba repugnaret, libentissimè reciperem, dicuntur enim *rosæ sutiles* ad differentiam pastilium, quæ è furculis, vel ramulis plectuntur, cum *sutiles* fiant ferè è mero rosæ folio, aut floribus. Plinius loquitur in hanc sententiã. *Summa auctoritas pastili coronæ; sutiles aliorum sacris muenimus, & solemnes cænis: transiere deinde ad rosaria, eòq; luxuria processit, ut non esset grata nisi mero folio: sutilibus mox petitis ab India, aut ultra Indos.* Martial. *Pinguescat nimio madidus mihi crinis amomo, Lassenturq; rosis tempora sutilibus.* rursus alibi. *Sutilis aptetur decies rosacrinibus, ut sit Qui posuit sacra nobile gentis opus.* quid de hoc Calphurnij loco insuper dicam, non habeo, quocirca leçori rem dubiam incertam relinquo.

Rutiloq; monilia torque] Rubi species reperitur, quæ baccas oblongas, easdemq; rutilas ferat, has rustici in lineas componunt, easdemq; puellarum colla exornant, sicq; minore molestia parta sua & ipsæ corallia gestant; de his modò Calphurnius intelligit, vt pastorum seruet decus, & quod Græci vocat *τὸ περίπρον*, nam ad aurum minimè retulerim: Propertius ait. *Et dare puniceis plena canistra rubis.* sic fermè Gratius de Venatione. *collaribus ergo Sunt qui lucifuge cristas inducere malis*

Iussere, aut sacris conferta monilia conchis. Ovidius quoq; de conchis in hunc usum meminit ibi. *Munera fert illi conchas, teretesq; lapillos.* quod Plautinum illud libenter retulerim. *Cave tu harum conchas spreueris.*

Et niuea] Dens enim apri albus est, itaq; ipsum vocat Homerus ibi. *Θύξε λευκὸν ὀδόντα*: & reliqua. huic loco simillimus est, ac tantum non idem ille alter Statij: *nemorisq; notæ sub pectore primo Iactantur, niueo lunata monilia dente*: quod in suam Arcadiam transtulit deinde Iacobus Sannazarius.

Qualemcumq; uides] Tot, tantisq; dotibus insignitum.

Dum sciat hic] Hoc est, quod superius dixerat; *Nec tamen hoc non impune ferēs.* sic Virgilius. *tu dic mecum quo pignore certes.*

Non iugale] Iugo ferendo assuefactum, per quod equarum prestantiam denotat, siquidem minus generosæ currui subijciuntur; vel quæ per ætatem nõdum iugo subiectæ sunt. Horat. *Nondum subacta ferre iugum valet Cervice; nondum munia comparis Aequare.* sed cum loquatur de toto genere, hæc expositio huic loco minimè conuenit; ac fortasse intelligit poëta de equabus, quibus nullus adhibetur maritus ad sobolem procreandam, perinde ac Fauonio spirante grandidæ fieri soleant, vt de equabus in Lusitania scriptum reliquit Plinius: *Tuus, idemq; meus Tassius,* quod huc pertinet, sic inquit. *Questo* (Aquilinus, nomē equi Raimundi à pernicitate sic dicti, nam paulò ante sic legas: *e preme il dorso. Del suo Aquilino, à cui diè l'nome il corfo*) *sù l' Tagonacque, oue talhora L'auida madre del guerriero armento, Quando l'alma stagion, che n'innamora Nel cor l'instiga il natural talento, Volta l'aperta bocca in contra l'ora Raccoglie i semi del fecondo uento, E de tepidi stazi, ò meraniglia, Cupidamente ella concipe, e figlia.* consule Aristotelem in libris de Histo. anim. & de Admirandis narrationibus.

Velocem Petason] Nomen proprium equi, cuius nominis originationem epitheto expressit Calphurnius; *πετασον* enim, & *πετασαι*, & *πετα* ad velocitatem cursus referuntur.

Matre relicta] Quoniam haud amplius lacte nutritur. Horat. *Me tener soluet uinulus relicta Matre, qui largis iuuenescit herbis In mea uota.*

Pes leuis] Diuertitur in laudes equi, vt par pari referat; indicia verò boni equi enumerat Virgilius inter cætera hæc. *Continuò pecoris generosi pullus in aruis Altius ingreditur, & mollia crura reponit, Primus & ire uiam, flumios tentare minaces*

Audet,

Audet, & ignoto sese committere ponto. & reliqua. vide præ terea (si vacat) Columellam lib. 6. & Xenophontē *πῶς ἰππικῆς.*

Tangeret vs fragiles] Miram equi pernicitatem narrat imitatione Virgilij, cuius hæc sunt. *Illæ uel intactæ segetis per summa uolaret Gramina, nec teneras cursu læsisset aristas: Vel mare per medium fluctu suspensa tumentis Ferret iter, celeres nec tingeret aquore plantas:* quæ porro ad Homerum auctorem sunt reuocanda, apud quem ita scriptum legimus de equis Eriethonij. *Αἰ δὲ ὑποκυσσάμενοι ἕτερον δὲ σκαίδεκα πωλεσε. Αἰ δ' ἔτε μὲν σκερταῖο μῆτρι ζῆθ' ὄρον ἀρῆσεσσι, Ἀκρον ἑπ' ἀβερικῶν καρπὸν δῖον, ἔδδ' ἀπὸ κλάδων, Ἀκρον δὲ σκερταῖοι ἐπ' ὄρια νῶτα δ' ἀλάσσεσσι, Ἀκρον ἐπὶ ῥυγμῖνος ἀλάσσεσσι πολίτῃ δῖσκον.* eandem propemodum descriptionem reperias penes Apollonium illic, ubi de Polyphemo loquitur lib. 1. alitum autem arbitror ad Iphicli, & Orionis fabulam, quorum alteri datum esset, vt per summas aristas adeò leuiter excurreret, vt ne summa quidem aristarum culmina inflecteret: Orioni verò Neptunus pater indulserit, vt suspensis uestigijs ita fluctus inambularet, vt ne summos quidem pedes allueret, auctore præter ceteros Hesiodo, quod & Tzetzes deinde commemorat in Varia historia. consimile propemodum est, quod penes eundem Maronem legitur, ibi. *ac per aperta uolans ceu liber habens Aequora uix summa uestigia ponat arena.* in quo historiam Ladæ respexit Alexandri Magni cursoris, qui tanta pedum celeritate fuisse perhibetur, vt uestigia eius in arena non apparerent: sic etiam Manilius. *Uixq; rotis leuibus summum contingere campum Vincentem pedibus uentos.* item non multò inferius. *Cui cælum campus fuerat, terræq; fretumq; Sub pedibus non vlla tulit uestigia campus.*

Protinus ecce torum] Locum, ubi residentes, aut cubantes percommode canere possimus: torus dicitur à tortis herbis, quæ accumbentium humeris supponuntur, teste Seruio Maronis interprete, & Isidoro.

Sed ne vicini] Ita fermè Nemesianus. *Sed nobis ne uento garrula pinus Obstrepit, has ulmos potius, fagosue petamus.* hic noster. *Quidue sub hac platano, quæ garrulus astrepit humor, In festatione sedes?*

Volubilis uide] Horat. iam uolucrem sequor *Te per gramina Martij Campi, te per aquas, dure, uolubiles, rursus. Rusticus expectat, dum defluat amnis, at ille Labitur, & labetur in omne uolubilis euum.*

X 2 Arguit

Argenti glareæ rivi] Ovidius *riuum lapidosum* appellauit. *Defluit incerto lapidosus murmure riuus.*

Antra magis] Sic propemodum Ecl. 1. *Hoc potius frater Corydon nemus, ista petamus Antra patris Fauni, gracilis ubi pinea densat Silua comas, rapidoq; caput leuat obuia soli.*

Stillanti vellere muscus] Lanugo, quæ ab antris dependet, quasi vellus quoddam esse videtur, per quod humor guttatim fluit; Græci vocant *βρόν καὶ σπλάγγον*, teste Dioſcoride.

Exeſa veluti teſtudine concha] Inſtar conchæ ſtriata, vel imbricatim vndata, ſiue rugata, aut aliter quoquomodo celata. Virgil. *Et topus ſcaber, & nigris exeſa chelidris Creta.*

Sonitum tutabimur] Proba lectio, & nullo modo reiicienda, nam quod docti viri admonent in aliquibus codicibus legi *ſonitus ructabimus*, idq; interpretantur ex intimo pectore exproremem. ſiſtitium puto, aut in pingui aliqua, & fumosa popina ortum, altumq; crediderim, itaq; nihil muto.

Ponere ſeu cubitum] In cubitum recumbere, qui iacentium habitus quandoq; eſſe cõſuevit. Horat. *Et cubito remanete preſſo.*

Teneros malim cantetis amores] Mollès, & laſciuos, &, vt Græci loquuntur, *ἀπαλῆς*. Ouid. *Me Venus artiſicem tenero præfecit Amori.* item alibi. *Quæ nouum vatem tenerorum mater Amorum.* auctor Elegiarum Cornelij Galli nomine vulgatarum. *Vnguibus, & morſu teneri paſcantur amores.* cur autem *Amor tener* dicatur oſtendit Agatho apud Platonem in Conuiuiõ, & nos etiam alibi docuimus.

Aſtile tu Petalen] Proponit vtriq; materiam ad canendum.

Acanthida nuper] Paſtorem dulcè canentem, de hac aue dictum eſt à nobis initio huius Eclogæ.

In ſilua Thalæa] Nomen proprium ſiluæ, de qua nihil mihi compertum eſt, nam quod quidam de taleis hariolantur, riſum mihi mouet, multis enim modis ineptum eſt.

Audiat, aut dicat] Ex hac ſcriptura hũc ſenſum eliciunt eruditi quidam, *audiat*, me ſcilicet incipientem cantilenam, aut *dicat*, id eſt ipſe canere incipiat, vt optionem Lycidæ Aſthacus offerat, vt aut ipſe canendi initium faciat, aut ſe incipientem patienter audiat: ego verò libro vetere auctore lego, *audiat, & dicat*, ob id, quod ſtatim ſequitur, *quoniam libet*, id eſt, quandoquidem magis placet altercari, quàm vicibus carmina dicere; proponitur igitur æqua iurgandi conditio ex noto prouerbio, *Qui quæ vult dicet, quæ non vult, audiet.* Terent. *Si*

mibi

mibi pergit quæ vult dicere, quæ non vult, audiet. poëta nescio quis, cuius verſiculum tamquam vulgò iactatum citat Quintilianus, inquit. *Nec malè reſpondit, malè enim prior ille rogarat.* Eſt autem ab Homero ſumptus, qui dicat. *Ὁ ποιῶν δ' ἐπιθεῖα ἔπος, πρῶτον ἐπακροῖται.* ſic Heſiodus in Opere *ἔργα καὶ ἡμῶρα.* Ei δὲ κακὸν τ' ἐπῶς, πῶχα καὶ αὐτὸς μῆζεν ἀκροῖται. vide paræmiogrophum in *Qui quæ vult dicit, quæ non vult audiet.*

Sua carmina] Sinceriores codices, ac minus deprauati habebant crimina: *pallidus* autem dicitur ob timorem, qui pallorem, tremoremq; inducere ſolet, quam vtramq; affectionem expreſſit hic noſter: earum cauſam prodit Alexander Aphrodiſienſis, vel quicumq; tandem auctor fuit earum Quæſtionum, quæ ſub eius nomine paſſim circumferuntur, cuius verba apud ipſum inſpici velim.

Me puto] Seruius Honoratus ad illud Maronis. *Tum credo, cum me arbuſtum videre Myconis.* & cætera, notat; & ruſticè, & naturaliter reſponſum eſſe, non enim antè purgari obiecta, ſed alia obijci: id ipſum modò in hoc noſtro obſeruare licet.

Tacitè riſere] Lucret. *Quam ſamulæ longè fugitant, ſurtimq; cachinnant.*

Simulare virilia] Cùm tamen eſſent Venerea, & qualia amantes amaſiſ ſuis libare conſueuerunt.

Tibi turpius] Iccirò additum eſt *tibi*, quia ſuperius Lycidæ alienæ pulchritudinis quaſi iudicem ſe conſtituerat dicēs. *Iam nunc decipior te iudice, pallidus alter Venit, & hirsuta ſpinioſior hiſtrice barba; Candidus alter erat, leniq; decentior ouo: Et ridens oculis, crinemq; ſimillimus auro.* inquit igitur Aſtylus. Ni Mnafyllus adeſſet, ita pugnis, calcibuſq; te acciperem, ac male mulcarem, vt tu, qui alienarum formarum adedè egregius æſtimator videri viſ, neminem te turpiorem iudicares. Cicero ad Atticum. *Nihil me turpius apud homines fuiſſet, neq; verò ad iſtam ipſam ἀσφάλεια quicquam alienus.*

Tendere iuſſit] *Ἀφαιρεσις* pro cõtendere, niſi fortè legendũ ſit, quò. Virg. *Quis furor iſte nouus? quò nunc, quò venditis, inquit?*

Si vicibus certare placet] *Ἐκκλησις*, ſiue ἀποſιοπνις, ſi placet inuicem cantu certare, ego ero inter vos arbiter: ſequitur ſtatim correctio ſui; *Sed non ego vobis Arbiter.*


Litibus hi veſtris] Virgilius locutionem ſemel variauit, ita. *Non noſtrum inter vos tantas componere lites.* ruruſ ita. *Limes agro poſitus litem diſcerneret agris.*

E C L O -

E C L O G A VII.

Interlocutores.

LYCOTAS, ET CORYDON.

- LY.  ENTUS ab urbe venis Corydon; vigesima certe
Nox fuit, ut nostræ cupiunt te cenere silvæ,
Et tua mærentes expectant iubila tauri.
- CO. O piger, ò duro iam durior axe Lycota,
Qui veteres fagos, noua quàm spectacula, mauiis
Cernere, quæ patula iuuenis deus edit arena.
Mirabar, quæ causa foret tibi tanta morandi:
- LY. Cur tua cessaret taciturnis fistula siluis:
Et solus Stymicon caneret pallente corymbo:
Quem sine te mæsti tenero domauimus hædo.
Nam dum lentus abes, lustrauit ouilia Thyrsis,
Iussit & arguta iuuenes certare cicuta.
- CO. Scilicet innictus Stymicon & præmia diues
Auferat; accepto non solum gaudeat hædo;
Verum tota ferat, quæ lustrat ouilia Thyrsis:
Non tamen æquabit mea gaudia: nec mihi si quis
Omnia Lucanæ donet pecuaria silvæ,
Grata magis fuerint, quàm quæ spectamus in urbe.
- LY. Dic age, dic Corydon: nec nostras inuidus aures
Despice. Non aliter certe mihi dulce loquere,
Quàm certare solent, quotiens ad sacra vocantur,
Aut fecunda Pales, aut pastor alis Apollo.
- CO. Vidimus in cælum trabibus spectacula textis
Surgere Tarpeium prope despectantia culmen:
Immensosq; gradus: & diuos lene iacentes.
Venimus ad sedes, ubi pulla sordida veste
Inter famineas spectabat turba cathedras.

Nam

Nam quæcunq; patent sub aperto libera cælo,
Aut eques aut niuci loca densauere Tribuni.
Qualiter hæc patulum contendit vallis in orbem;
Et sinuata latus resupinis vndiq; siluis
Inter continuos curuatur concaua montes:
Sic tibi planitiem curuæ sinus ambit arena,
Et geminis medium se molibus alligat ouum.
Quid tibi nunc referam, quæ vix sufficimus ipsi
Per partes spectare suas? sic vndiq; fulgor
Percussit. Stabam defixus, & ore patenti:
Cunctaq; mirabar, nec dum bona singula noram.
Tum mihi, dum senior lateri qui forte sinistro
Iunctus erat, quid te stupefactum rustice, dixit.
Ad tantas miraris opes? qui nescius auri
Sordida tecta casas, & sola mapalia nosti?
En ego tam tremulus, tam vertice canus, & ista
Factus in urbe senex, stupeo tamen; omnia certe
Vilia sunt nobis quæcunq; prioribus annis
Vidimus, & sordet quicquid spectauimus olim.
Balteus en gemmis, en illita porticus auro
Certatim radiant, nec non ubi finis arena.
Proxima marmoreo peragit spectacula muro,
Sternitur adiunctis ebur admirabile truncis,
Et coit in rutilum, tereti quæ lubricus axem
Impositos subita vertigine falleret ungues,
Excuteretq; feras. auro quoq; torta resurgent
Retia: quæ totis in arenam dentibus extant,
Dentibus æquatis: & erat (mihi crede Lycota,
Si qua fides) nostro dens longior omnis aratro.
Ordine quid referam? vidi genus omne ferarum
Hic niueos lepores, & non sine cornibus apros.
Manticoram siluis etiam, quibus editur Alcem
Vidimus, & tauros, quibus aut ceruice leuata
Deformis scapulis torus eminet: aut quibus hirta
Lactantur per colla iube: quibus aspera mento
Barba iacet, tremulifq; rigent palcæria setis.

Nec

Nec solum nobis siluestria cernere monstra
Contigit. equoreos ego cum certantibus vrsis
Spectavi vitulos, & equorum nomine dignum,
Sed deforme pecus, quod in illo nascitur amni,
Qui sata riparum venientibus irrigat undis.
Ah trepidi quotiens nos descendenti harena
Vidimus in partes: ruptaq; voragine terra
E mersisse feras: & eisdem saepe latebris
Aurea cum croceo creuerunt arbuta libro.

- Lx. O felix Corydon, quem non tremebunda senectus
Impedit. o felix, quod in hac tibi secula primos
Indulgente deo dimittere contigit annos.
Nunc tibi si propius venerandum cernere numen
Sors dedit, & referens vultumq; habitumq; notasti:
Dic age, dic Corydon quæ sit modo forma deorum.
- Cx. O utinam nobis non rustica vestis inesset:
Vidissem propius mea numina; sed mihi sordes,
Pullaq; paupertas, & adunco fibula morsu
Obfuerant; ut cunq; tamen conspeximus ipsum
Longius; At nisi me decepit visus: in vno
Et Martis vultus, & Apollinis esse putavi.



ECLO-

COMMENTARIUS

In Eclogam Septimam.



VR Templum Ecloga hæc inscribatur in exemplaribus Florentiæ publicatis probabilem causam fortasse afferre possem, at res mihi tanti non videretur.

Vigesima certè] Vigesima dies, respicit. n. diuisionem, quam Romani de die faciebant; de qua hæc M. Varronis verba leguntur in libro Rerum humanarum. *Homines, qui ex media nocte ad proximè mediam noctem his horis viginti quatuor nati sunt, uno die nati dicuntur.* si qui verò de varia dierum diuisione apud diuersas gentes vsurpata plura nosse cupit, habet Gellium, & Macrobius, qui id copiosè prosequuntur.

Expectant iubila tauri] Sic supra. *Non montana sacros distinguunt iubila versus.*

O piger] Hebes; stulte, ita enim exponit Seruius vocem tardus, quæ idem prorsus valet ad illud Virgilij. *Venit, & upilio, tardi uenere bubulci.* iam quod sequitur, *o durior axe Lycota,* sunt qui testentur in aliquibus codicibus scriptum se reperisse esse, quod sicut facillè tolerari potest, ita nõ necessariò fuit excogitatũ, vulgarior enim scriptura commodam habet sententiam, siquidem hoc loco ponitur pro materia aliqua dura, ac solida, cuiusmodi ferè esse consuevit, quæ ad curruum axes conficiendos adhiberi solet, de qua Plinius ait. *Secatur in laminas prætenues & ilex, colore quoq; non ingrata, sed maximè fida ijs, quæ terantur, & rotarum axibus, ad quos lentore fraxinus utilis, sicut duritia ilex, & utroque legitur ulmus.* perinde igitur est, ac si dixisset Calphurnius, *o durior ilice, & quereu,* quod in rudi, agrèstique ingenio præditos iaci consuevit. *Homerus. Οὐδ' ἄπο δρυὸς ἐστὶ παλαιφραγῆς, ἔδ' ἄπο πέτρης.* & Pallada epigrammate quopiam. *Οὐδ' ἄπο δρυὸς ἐστὶ, ἔδ' ἄπο πέτρης, πασί.* Plato in libris de Republ. *ἢ οἷα ἐκ δρυὸς ποδὲς ἢ ἐκ πέτρης τὰς πολιτικὰς γινώσκαι, καὶ οὐχ ἔκ τῶν ἠδῶν τῶν ἐκ τῶν πόλεων.* Virgil. *Gensq;*

Y uirum

uirum truncis, & duro robore nata, Quis neque mos, neque cultus erat.

Qui ueteres sagos] Annosus: *ἄριστος* in verbis, non in sententia, ueteres sagos, noua spectacula. Virgilius. *Seq; nouo ueterum deceptum errore locorum Agnouit. &. Voluitur ille uomens calidum de pectore flumen Frigidus.*

Iuuenis deus] Carinus, quem & alibi quoq; , vt vidimus, deum nominauit.

Mirabar] Virgil. *Mirabar, quid mesta deos Amarylli uocares.*

Taciturnis fistula siluis] Ideo taciturnis, quia tua fistula cessaret, neq; eas, vt antea, resonare faceret.

Et solus Stymicon] Vel in comitatus, & qui sine te alternatim canere nequuerit, vel qui te excepto primas canendi partes obtinet.

Pallente corymbo] Hederacea corona redimitus; vide quæ adnotauimus supra ad illud. *& modò te Baccheis Musa corymbis Munerat.*

Sine te mæsti] *Μᾶστι*, quia sine te, non quia donauerimus hædo; intelligit autem hædum recens natum, qualem significat Horatius ibi. *Cras donaberis hædo, Cui frons turgida cornibus Primis & Venerem, & prælia destinat Frustrà.*

Lentus abes] Securus, ociosus. Virgil. *Nos patriam fugimus, tu Tyire lentus in umbra Formosam resonare doces Amaryllida siluas.* superius initio Eclogæ *lentus* valet tardus; hoc est serò; est enim ibi positum adiectiuum pro aduerbio more Græcorum, de quo alibi non nihil attigimus aliquot exemplis allatis.

Lustrant ouilia Thyrsis] Gregem de more purgauit; hic noster in Didascalica. *tu cespite uiuo Pone focum, geniumq; loci, Faunumq; , Lavesq; Salso farre uoca; tepidos tunc hostia cultros Imbuat, atq; etiam dum uiuit ouilia lustra.*

Et præmia diues Auferat] Futurus diues, si præmia auferat; de hac locutione dictum est à nobis superius.

Quæ lustrat ouilia Thyrsis] Id, quod continet, pro eo, quod continetur, *ouilia* scilicet pro gregibus, qui ouilibus includuntur; sic dixit Virgilius. *Triste lupus stabulis*, nota figura: sed & ouilia ipsa, sicut & vrbs lustrabantur: de classis lustratione vide, quæ refert Appianus Bellorum ciuiliu libro 5.

Omnia Lucanæ] Armenta, quæ in Lucanis saltibus pascuntur, in quibus ob lautissima pascua ex omni parte pastores cū armentis conuenire solent. Horat. *Pecusque Calabris ante sedus feruidum*

feruidum Lucana mutet pascua. idem. Quid uici profunt, & horrea, quidue Calabris Saltibus adiecti Lucani, si metit Orcus?

Inuidus aures Despice] In hoc futurus inuidus, si despexeris, eiusdem generis est locutio, quæ modò antecessit, & *præmia diues Auferat*. notauimus superius non vno in loco.

Quàm certare solent] Pastores nimirum inter se, cū Palis, & Apollinis sacra celebrantur, non quòd certent Pales, & Apollo.

Pastoralis Apollo] *Νῆυος* à pastione, quòd Admeti greges quandoq; pauerit: sic Nemesianus. *O montana Pales, ò pastorbis Apollo*: sed Ecloga prima *ruralem* appellat eo versu: *Munera dat, lauros carpens ruralis Apollo*. confule Macrobiu Saturnal. libro primo.

Trabibus spectacula textis] Descriptio amphitheatri ex materia confecti; nam lignea quoq; ea fuisse non solum temporaria, sed perpetuò etiam mansura constat tùm ex alijs, tùm præsertim ex Cornelio Tacito, qui Fidenatis, & Placentini lignei amphitheatri meminit, & M. Scauri Plinius: dicuntur autem à Calphurnio cuncta per hyperbolem, sicut multa in eadem sententiam à Martiale de Amphitheatro Cæsaris.

Et diuos lenè iacentes] Carinum, & Numerianum: in nonnullis excussis libris cernere est *cliuos* pro *diuos*, quod quàm aliorum gustui suauiter sapit, tàm meum offendit, itaq; uocem illam non iniuria, ni fallor, ex nostra editione reiecimus.

Pulla sordida ueste] Pullus color videtur proprius fuisse vilis plebeculæ, unde infra hac eadem ipsa Ecloga *pullam paupertatem* appellabit. Suetonius. *Sanxitq; ne quis pullatorum media cauea sederet*. est uerò pullus color niger, vt docet Seruius Grammaticus ad illud Virgilij. *ne maculis infuscet uellera pulis Nascantum*. vel est color, qualem dorsum leporinum ostendit, aut terra recens aratro profecissa, ac nescio an sit, quem Græci uocant *ὄραρον*, siue etiam *κίρκιον*, nos *bigio* siue *bertino* appellamus; aut potius niger cum aliquo rubore admixtus, etenim Ouidius mori fructus pullos uocat; consule tamen Antonium Thylesium in libro de Coloribus.

Inter fœmineas] Permissim mares, & fœminas in theatro sedisse indicare propemodum uidetur Ouidius dicens. *Sed tu præcipue curuis uenare theatris, Hæc loca sunt uoto fertilia tuo: Illic inuenies, quod ames, quo ludere possis, Quodq; semel tangas, quodq; tenere uelis.* quem imitatus Iuuenalis inquit. *cuneis an*

habeant spectacula totis Quod securus ames, quodq; inde excerpere possis?

Nivei loca densa uere tribuni] Cùm antea Pop. Romanus nullo discrimine in theatro sedens spectaculis interesset, legem tulit L. Roscius Orho, qua certum cuiq; locum præscripsit, & equitibus sanè quatuordecim proximos gradus assignauit, sicque nobiles à plebe distincti sunt; eius legis crebra mentio extat apud scriptores. M. Tullius Philipp. 2. *illud tamen audaciæ tuæ, quod sedisti in quatuordecim ordinibus, cùm esset lege Roscia de coactoribus certus locus constitutus, quàmuis quis fortuna uitio, non suo decoxisset.* Horat. *Sedilibusq; magnus in primis eques Orhone contempto sedet.* Iuuenal. *Sic libitum uano, qui nos distinxit, Othoni.* rursus alio loco. *effice summam Bisseptem ordinibus, quàm lex designat Othonis.* ad hanc ordinum distinctionem Flac cum respexisse arbitror, ibi. *Læthum theatris ter crepuit sonum.* intelligit enim plausum à tribus spectatorum ordinibus per cuneos fuisse redditum, id est à Senatoribus, Equitibus, & Plebe, ac proinde ab vniuersis, qui spectaculis interessent; neque aliter Virgilius plebem à nobilitate seiuinxit in illis. *huc plausus hiantem Per cuneos, geminatus enim plebisq; patrumq; Corripuit.* cæterum Tribunos niveos vocat, quia spectatores in theatris candidis vestibus utebantur; hinc iocus ille Martialis de Horatio quopiam. *Spectabat modò solus inter omnes Nigris manus Horatius lacernis, Cùm plebs, & minor ordo, maximusq; Sancto cum duce candidus sederet, Toto nix cecidit repente cælo.* sed in primis Magistratus. Iuuenal. *niveosq; ad frenâ Quirites,* nam togam albi, seu candidi coloris fuisse notat Aldus iunior in libris de Quæstis per epistolam.

Resupinis undiq; siluis] Accliuibus, quomodo Horatius *Tybur supinum* appellat. seu *Tybur supinum.* seu *liquida placuere Baia.*

Et geminis medium] Binis hemyciclis connectitur in oui formam, id est in circulum non omninò perfectum, ac adamusim rotundatum, sed aliquantum longiorem; hæc autem amphitheatri forma fuit auctore Cassiodoro, & Dione de amphitheatro Cæsaris, ad quam rem videnda etiam sunt, quæ scribit Plinius lib. 36. de theatro M. Scauri. dicitur autem amphitheatrum ab ἀμφι καὶ θεατρον, quia scilicet omni ex parte subsellijs clausum fuerit absq; scena. Dio de Cæsare loquens. *Θέατρον τι κωνητικὸν ἰκρυλάς, ὃ καὶ ἀμφιθεατρον, ἐκ τῶ πρῆξι παρυπαχόσασα ἰδραγ*

ἰδραγ ἀδὸν δὲ καὶ ἰχθυί, προσῆξεν. Ouidius sic. *struētq; uirinq; theatro Vt matutina ceruus periturus arena.* facit huc quod legitur apud Statium. *Et geminam molem rudi, telliq; theatri.* adi (si libet) Dionem Prusiensem in eo Sermone, cui titulus Venator. alicubi scriptum reperi *mollibus* per duplex II, & *oui pro ouum*, vt de oui albumine intelligere sit opus.

Quid tibi nunc referam] Hoc κατὰ παρασίωπισιν dicitur, siue παραλήπιν.

Sic undiq; fulgor] Ab omni parte theatri ob trabes inauratas; vel ab ore Imperatorum, & Senatus circumstantis.

Stabam defixus] Habitus est admirantis. Virgil. *obtutu defixus in uno.*

Stupefactum ructice] Qui rura colis, neq; enim ignominie causa hoc modo nunc senex ille Corydonem compellat, sic alibi. *Rusticus est, fateor, sed non est barbarus Idas.* vel *rustice*, id est ignare. Ouid. *Forfitan & narras quàm sit tibi rustica coniu, Quæ tantùm lanas non sinit esse rudes.*

Sordida tella] Per appositionem; sunt autem *case* humiliora pastorum habitacula: Isidorus *Casa est* (inquit) *agreste habitaculum palis, atq; uirgultis, arundinibusq; contextum, quibus posunt homines tueri se à vi frigoris, vel caloris iniuria.* item *mapalia.* Idem. *Magalia edificia Numidarum agrestium oblonga incuruis lateribus tella, quasi nauium carinæ sint, siue rotunda in modum furnorum, & magalia dicta, quasi magaria, quia magar Punici nouam uillam dicunt una litera commutata l pro r magaria tuguria.* vtrumque à Virgilio vsurpatum reperiò. O tantùm libeat mecum tibi *sordida rura,* atq; *humiles habitare casas, & figere cernos.* &c. *quid pascua versu Prosequar? & raris habitata mapalia tellis?* rursus. *Miratur molem Aeneas, magalia quondam: rursus. Vt primum alatis tetigit magalia plantis.* hic noster. *Et tua ceruino lustrare mapalia fumo.* vtrumq; enim dicimus & *mapalia,* & *magalia* syllabæ tantum modulo variato, sicut propositis exemplis aperte constat.

Tam tremulus] Senex, ac ferè decrepitus à consequenti. sic infra. *O felix Corydon, quem non tremebunda senectus Impulit.* Iuuenal. *cum voce tremencia membra.* confer cum hoc locum illum Nasonis ex 4. Pastor. *Tertialux (memini) luâs erit; hac mihi quidam Spectanti senior, contiguusque loco; Hæc ait illa dies.* & reliqua.

Vertice canus] Alterum consequens eorum, qui senectute premun-

præmuntur. Ouid. *cadunt à vertice cani*. Tibull. *Dicere nec cano blanditias capit*. vnde verò canities proueniat, docet Aristoteles in Problematis.

Baltheus en gemmis] Baltheus, quem zonam quoq; nuncupant, inter partes, seu membra ædificiorum à Vitruuio connumeratur, quo sensu vox hæc modò accipi debet, ne fortè de zona, qua præcingi consueuimus, intelligamus.

Illita porticus auro] Quæ ante theatrum cõstructa erat, nam theatri ichnographia cum porticu ex Vitruuio colligitur: *illita* verò *auro* dictum est sicut ab Horatio: *aurum vestibus illitum Mirata*. necnon ab Ouidio. *Neue malè optato maneat circumlilitus auro*. rursus alibi. *Culta placent, auro sublimia testæ linuntur*. Seneca iunior in Hyppolito. *Remouete famulæ purpuram, atq; auro illitas Vestes*.

Ebur admirabile truncis] Tesserulis cõmissis, & coagmētatis.

Subita vertigine] Hinc theatrum, siue theatri partem aliquam versatilem fuisse intelligimus, cuiusmodi C. Curionis, & M. Scauri theatrum à Plinio describitur.

Auro quoq; torta resfulgent Retia] Quæ in theatro explicantur ad feras excipiendas. Heliogabalus scobre auri porticum frauit, & argenti, dolens quòd non possèt ex electri. Nero blatteis, seu purpureis funibus piscatus est auctoribus Lampridio, Suetonio, Orosio, Eutropio, alijs, sed vt hæc, quæ hîc ex senis illius sententia refert Nemesianus, non ita lögè à vero abesse intelligatur, transferam hûc vniuersam illam Flauij Vopisci particulam ex Carino, quæ ad ea melius intelligenda confert, ita igitur apud ipsum scriptum extat. *Memorable maxime & Carini, & Numeriani hoc habuit imperium, quòd ludos Romanos nouis ornatos spectaculis dederunt, quos in Palatio circa porticum stabuli pietos vidimus: nam & neurobatem, qui velut in ventis cothurnatus ferretur, exhibuit: & tichobatem, qui per parietem vrsu eluso cucurrit, & vrsos mimum agentes, & item centum salpistas vno crepitu concinentes, & centum campaulas, choraulas centum, etiam pithaulas centum, pantomimos, & gymnicos mille, pegma præterea magnificentiore reddidit; mimos præterea vndiq; aduocauit: exhibuit & ludum Sarmaticum, quo dulcius nihil est: exhibuit Cyclopè adornatum, Græcis artificibus, & gymnics, & histrionibus, & musicis aurum & argentum donata, & vestis serica.*

Dens longior omnis aratro] De elephantinorum dentiũ magnitudine hæc scripta reliquit Plinius. *Magnitudo dentium videtur*

detur quidem in templis præcipua, sed tamen in extremis Africa, quæ confinis Aethyopiæ est, postium vicem in domicilijs præbere, sepesq; in ijs, & pecorum stabulis pro palis elephantorum dentibus fieri Polybius tradit auctore Gulussa regulo. aratri porrò longitudo præscribitur à Marone hac fini. Huic à stirpe pedes temo protentus in oëto Binæ aures, duplici aptantur dentalia dorso.

Niveos lepores] Peregrina recenset animalia, quæ se magna cum admiratione vidisse testatur senex ille: sciendum autem est summo studio omnis generis feras conquirere solitos, quicumq; spectacula essent edituri; hinc M. Tullius non vno in loco pantheras, aliasq; feras peregrinas ad ludos, quos edere in animo habebat, sibi mitti ab amicis postulat: de Commodi spectaculis Populo editis præter cetera hæc commemorat Herodianus. *τὰ δὲ πάντα χόρον ζωὰ ἠδρότερον αὐτῶ τὰ τε γὰρ εἰδόμενα ὄσα καὶ γραφαὶς εἰδαυμαζομένη. ἀπὸ τῆς Ἰνδῶν καὶ Αἰθιοπῶν ἐστὶ πρῶτον ἀγνῶστον ἡμῶν, μεσημβρίας τε καὶ τῆς ἀρκτῶος γῆς ζωὰ πάντα φοινδῶν, Πωμαίοις εἰδόμενα, τὸ δ' ὄνομα τῆς χειρὸς αὐτῆ πάντες ἐξεπλήττοντο. & reliqua. porrò candidi lepores ingenti miraculo spectantur, neque enim passim reperiuntur; Plinius certè miraculi instar refert in Alpibus huius coloris lepores quandoque visos fuisse: quidam hunc Calphurnij locum de cuniculis accipiunt, sed falluntur; nam quæ raritas in eorum venatione, ac spectaculo considerari potest? certè nulla.*

Et non sine cornibus apros] Cornutos apros mittit India, vt scribit Plinius dicens. *In India cubitales dentium flexus gemini ex rostro, totidem à fronte, ceu vituli cornua exeunt*. hoc idem tamen de Aethiopia memoriæ prodit Aelianus de Historia animal. sed in India etiam Aethiopia continetur: Aeliani verba sunt hæc. *λέγει δὲ Δίων ἐν Αἰθιοπῆα γίνεσθαι τὸ ἀρνιδας τὰς μονοκέρους, καὶ ἴς τριχῶος.*

Manticoram siluis] Ex Ctesia Cnidio hunc in modum hoc animal describit Plinius. *apud Aethiopas nascitur fera, quam manticoram appellat, triplici dentium ordine pectinatim coeuntium, facie, & auriculis hominis, oculis glaucis, colore sanguineo, corpore leonis, cauda scorpionis modo spicula configentem; vocis, vt si miscetur fistula, & tubæ concentus, velocitatis magnæ, humani corporis vel præcipue appetentem. eisdem coloribus eam depinxit Solinus in Polyhistore, vterq; enim ab Aristotele hausit, qui porrò Ctesiam & ipse quoque secutus Manticoræ formam, & naturam nobis aperuit lib. 2. de Animalib. Photius autem ipsius Ctesia*

Ctesia verba refert in Excerptis: quod verò ad nominis originationem attinet, postquam ipsam feram eisdem notis spectandam nobis exhibuit Aelianus, quibus Plinius, & Solinus ipsam descripserat, ita inquit. ὅτι δὲ κρεῶν ἀφ' ἐρωπέων ἐμπλήμασι τοῦδε τὸ ζῷον ὑποβάλλεται, κατηγορεῖ καὶ τὸ ὄνομα. νοεῖται γὰρ τῆς Ἐλευθέρων φωνῆς ἢ Ἰνδῶν, ἀφ' ἐρωπέων καὶ ἰνδῶν. ἐκ δὲ τῆς ὄψης καὶ κελευτου. sed & κείνου eandem vocari comperio à Strabone, μαρτιόρακιν à Pausania, μαρτιχόρακιν à Philostrato, μαρτιχόρακιν ab Aristotele, Plinio, & alijs: hanc non aliam esse putat Pausanias, quàm quæ tigris alio nomine dicta est.

Alcem vidimus] Hanc vulgò appellant *la gran bestia*, cuius vngulam varijs morbis opitulari existimant; omiſſa Plinij, & Solini huiusce feræ descriptione, appingam Cæsaris verba, quibus Alces forma, & natura fusius, atq; exactius explicatur, tamen ne huic quidem cum alijs valdè conueniat. Cæsar igitur de Bello Gallico scribit hunc in modum. *Sunt item quæ appellatur Alces; harum est consimilis capris figura, & varietas pellium, sed magnitudine paulò antecedunt, multaq; sunt cornibus, & crura sine nodis, articulisq; habent, neq; quietis causa procumbunt, neq; si quo afflicta casu conciderunt, erigere sese, aut subleuare possunt; his sunt arbores pro cubilibus; ad eas se applicant, atq; ita paulum modò reclinata quietem capiunt, quarum ex vestigijs cum est animaduersum à venatoribus, quò se recipere consueverunt; omnes eo loco aut à radicibus subruunt, aut abscidunt arbores tantum, ut summa species earum stantium relinquatur; hinc cum se consuetudine reclinauerunt, infirmas arbores pondere affligunt; atq; vna ipsæ concidunt; eadem Pausanias describit in Bœoticis ab illis verbis. Ἐπὶ δὲ Ἀλκῆ καλὰ μὲν τῶν θηρίων ἔστιν ἡ ἀλὰς καὶ καμὰς μεταξὺ; & reliqua. Gordianus, qui deinde imperatorem gessit, dum Aedilis esset, splendidissima, ac magnificentissima munera Populo exhibuit, namq; cerui palmati ducenti mixtis Britannis in eis visi sunt: equi feri triginta; oues feræ cētum; alces decem; tauri Cybaritici centum: struthiones Mauri miniati tercenti; onagri triginta; apri centumquingua. ibices ducentæ: damæ totidem auctore Iulio Capitolino; vide eundem in Gordiano Iuniore.*

Ceruice leuata] Hæc descriptio tauris Syriacis conuenit ex Plinio, aut etiam camelis, aut fortè camelopardali, de qua consule Dionem lib. 43. Plinium lib. 8. cap. 18. Strabonem libro 16.

Iactantur

Iactantur per colla iuba] Vros accipe, quorum descriptionem ex Cæsare petere licet; sunt tamen, qui bonasum designari putent; sed falluntur.

Barba iacet] Hic de brutis barba dicitur vnus numero, secus atq; Seruius Honoratus obseruauit, quem iccirco pluribus in hanc rem exemplis collatis carpit Beroaldus Annotationibus in eum ipsum Grammaticum: sed hinc pro *iacet* quidam legendum admonent *riget*: ad vniuersum verò hunc tractum melius adhuc percipiendum videnda sunt, quæ scribit Ioannes Baptista Pius Annotationibus Posterioribus. c. 39. De animalibus autem, quæ hinc commemorantur, vide Cardanum in libris de Subtilitate; Gesnerum, & Petrum Belloniū.

Spectari vitulos] Vituli marini sunt, quos alio nomine phocas vocant, sic dicti, quia vocem edant bouis voci persimilem, teste Aristotele, & Plinio. fecit autem summo consilio Calphurnius, vt inter innumera propemodum æquoris animalia, phocas delegerit, quas cum vrsis in theatro fuisse commissas dicat, neq; enim ita facilè aliud inuenias, quod in mari simul, & in terra degat, id quod Aristoteles, Plinius, atq; Aelianus memoriæ prodiderunt; atque Aristotelis quidem verba sunt hæc de Historia animal. ἢ γὰρ φῶκι ἐστὶ μὴ τῶν ἐπιπορευέοντων, ἀδελχέται μὴ γὰρ τὸ ἴδιον, ἀλλὰ ἀπαγῆ καὶ καθόδου, καὶ τίεται ἐν τῇ γῆ μὴ, πρὸς τοὺς ἀγίλας δὲ, ὡς ἔσα τῶν πελάων. hinc à Virgilio dictum est. *Sternunt se somno diuerso in litore phocæ.*

Equorum nomine dignum] Hippopotamum scilicet, quem ita delineat Plinius. *vngulis bifidis, quales bubus, dorso equi, & iuba, & himitus, rostro resimo, cauda, & dentibus aprorum, aduncis, sed minus noxys, tergoris ad scuta, galeisq; impenetrabilis, præterquam si humore madeat, depascitur segetes destinatione antè, ut ferunt, determinatas in diem, & ex agro ferentibus vestigijs, ne quæ reuertenti insidiæ comparentur.* hinc primùm Romæ visum fuisse idem auctor scribit Aedilitate M. Scauri, qui, cum ludos celebraret, vnum hippopotamum, & quinque crocodilos temporario eripio ostendit; ipsos autem appellat *pecus Calphurnius* alludens ad fabulam Protei: sic Plautus. *Non vides referre me viduum rete sine squamoso pecu?* Nauius. *Tum autem lascium Nerei sumum pecus Ludens ad cantum classium lustrat.* Horat. *Omne cum Proteus pecus egit altos Visere montes.* Est autem hippopotamus aquatilis & terrestris bestia, vt docet Diodorus lib. 1. sed equi fluuiatilis descriptionem inuenias etiam apud Achilem Statium Alexandrinum libro 4. De amore Clitophon-

Z tis,

eis, & Leucippes haud ita longè ab initio, inde pete, quisquis es lector horum Commentariorum.

Qui sat a riparum] Nilú intelligit, cuius *ῥέθμιζε* hippopotamos appellat Aelianus, propterea quod hæc bellua nusquam ferè alibi reperiatur; in descriptione autè Nili ad eius fluminis inundationem ingenij aciem direxit Calphurnius, quoniã hoc præcipuè miraculo flumen illud nobile fit, ac inter cetera valde celebre, cuius tamè effectus causa magno adhuc in profundo demersa latet, atq; aded varia ea de re opiniones circumferuntur, vt pigeat singillatim eas recensere, plura tamen si quis fortè parùm hîc sibi satisfactum doleat, inueniet in nostris Commentarijs ad Senecæ libros de Beneficijs, ad quos studiosos adolescentes, vt temporis compendium hîc fiat, libenter rejicio: sed & hîc etiam Cardanum consulere potes. item Nogarolam, Bellonium, & ex nostris Borrium.

Ruptaq; voragine terra] Specu subterraneo, qui quasi quidam terræ hiatus aperiebatur diuersa animalium genera in apertum euomens.

Aurea cum croceo] Emerfit silua: nam modo flumen, modò nemus, modò vrbs aliqua, aut mons, prout spectaculi qualitas exigebat, in theatro de improviso apparere consuevit, cuius rei aliquot exempla historici prodiderunt, qui Imperatorum vitas conscripserunt, eorum inquam Imperatorum, quos Roma, cum iam in præcep̄s labi inciperet, passa est: ea hic fusius prosequi nil est necesse.

Tremebunda senectus] Per *αιτρωπιαι* ed, quòd homines tremebundos reddat; diximus superius: sic Horatius *mortem pallidam* appellauit. *Pallida mors æquo pulsat pede Pauperum tabernas, regumq; turres.*

Secula primos] Hoc sanè pacto scriptum reperi summo consensu omnium tum editorum, tum manu descriptorum exemplariorum; verumtamen non satis dispicio, quomodo dicti sint *primi anni* eius, qui iam præ senectute vix incedere posset, itaq; vt hanc difficultatem vitarem, arbitratus aliquando sum legi oportere *primo* non *primos*, hoc sensu: tibi vni inter pastores, nec præterea alij: sed, ne quid mentiar, non omni mihi scrupulus penitus euellitur, & alioquin cogito defendi posse vulgata illa scriptura, vt de sua, non de Corydonis senectute loquatur Lycotas; nam Corydon fingitur hîc iuuenis: est igitur sensus; *quem tremebunda senectus non impedit*, sicut me impedit. Sic plana omnia manèto scriptura; atq; hoc verù puto

Cernere

Cernere numen] Carinũ appellat numen: sic Virgilius. *Nec tam presentes alibi cognoscere diuos.* hic locus nonnulla imaginem præfegerit illius Horatiani. *ò bone (nam te Scire, deos quoniam propius contingit oportet) Numquid de Dacis auisti?*

Et referens] Alicubi legebatur *presens* non omninò perperam: sed illud; *vultumq; habitumq;* est ex Horatio, ibi. *adde Vultum, habitumq; hominis.*

Pullaq; paupertas] Dixi superius hac eadem Ecloga tenues homines, neque aliqua nobilitate conspicuos pulla veste vfos fuisse: Suetonius in Augusto. *ac visa quondam pro concione pullatorum turba, indignabundus, & clamitans, & reliqua.* alicubi legebatur *nudaq;*.

Fibula morsu] Fibula in vestimentis fuisse videtur, quam nunc vulgò *vincinello*, siue *ganthero* nuncupamus; nisi si potius vocetur *fibbia*, quod magis puto. Virgil. *Horum vnum ad medium, teritur qua sutilis aluco Balteus, & laterum iuncturas fibula mordet.*

Et Martis vultus] Hoc dicit: & ferociam, & mansuetudinem simul præferebat, atq; ita vtrumq; contrarium temperauerat, vt neq; nimis læua asperitate, neq; nimis dissoluta lenitate præditus videretur: tale quippiam reperias apud Onidium in illis. *Sume fidem, & pharetram, fies manifestus Apollo, Accedant capiti cornua, Bacchus eris.* sic etiam dixit Propertius. *Indue me loris, fiam non dura puella, Atq; virum sumpra quis neget esse toga?* & Claudianus. *portitq; videri Pallas, si clypeum ferret, si spicula Phœbe.* neq; fortasse aliena sunt ab hoc loco, quæ scribit Plutarchus de Fortuna Alexandri. *ὄμνος μὲν ἔξ ἑπείρου ἔδει πειρατὸς τὸ Ἀπαμεινονος κάλλος ἐκ τριῶν σωτηριστικῶν εἰκόνων, ἰμιασας, ὄμματι καὶ κεφαλῇ ἰκελος Διὶ περικραίνῳ, Ἀρεῖ ἔξ Ἰωνίου, ἑσπέρων ἔξ Ἐρυθραίων.* & quæ deinceps ibi sequuntur.

OMISSA SVIS QVÆQVE

locis reponenda.

PAucula hæc, quæ post operis impressionem in alijs meis schedis seorsim notata reperi, addi velim suis quæque locis. pagina 18. linea 24. nostro. adde. vel *vestitus freto*, hoc est fluctibus intectus: iam quòd hîc excudi curauimus *nascentur*, alicubi spectabatur *pascuntur*: quomodo locutus est Virgilius. pag. 23. lin. 13. libro 3. a. hic Astacus dicitur etiam Idas, vt apparet, nam quidam pastores duplici nomine interdum vocabantur, sicut alicubi admonet Ianus Parrhasius, ni fallor; nisi si *Astacus* in *Idas* conuertatur, quo sanè pacto difficultas omnis auferetur: natus fortasse error ex consimili initio secundæ Eclogæ Calphurnij. pag. 31. l. 9. reperias. a. sic Plinius. *Humor, & cortici arborum est, qui sanguis earum intelligi debet.* ac deinceps. *Atq; in totum corpore arborum, vt reliquorum animalium, cutis, sanguis, caro, nerui, vena, ossa, medulla.* pag. 67. ἐκεῖτο. a. Confule Ianum Parrhasium ad illud Claudiani ex libro 1. de Raptu Proserpinæ. *Arcano defensa gelu.* pag. 79. lin. 9. excussis. a. quamquam *Crociale* non *Crotale* in eis spectetur. pag. 112. lin. 13. cõfirmat. a. Appianus quoque in fine propemodum libri Bellorum Parthicorum idem prodit. pag. 125. lin. 22. constant a. Terentianus de iambo loquens. *ipse sex enim locis manet: Et inde nomen inditum est senario; Sed ter feritur, hinc trimetrus dicitur, Scandendo binos quòd pedes coniungimus.* pag. 126. lin. 30. Quirini. a. Martialis. *Esse velis (oro) seruis conuina tonantis.* mitto aliorum plura testimonia in hanc sententiam. pag. 127. lin. 15. causam. a. Tibullus. *Romulus æternæ nondum fundauerat vrbis Mœnia.* Ouid. *Iam modo, quæ fuerant siluæ, pecorumq; recessus, Vrbs erat, æternæ cum pater vrbis ait.* Aulonius. *Ignota æternæ ne sint tibi tempora Romæ.* & *Vrbs ab æternæ deductam rege Quirino.* pag. 145. lin. 12. & cætera. a. Iam *fuscis* dictum est pro *nigris*: Cornelius Fronto. *Fuscum, & nigrum: fuscum albo opponitur, nigro candidum.* pag. 165. lin. 37. Arbitr. a. sic Baccus apud Aristophanem in Ranis. *Ἀνδρες σοφοί, καὶ γὰρ μὴ αὐτὸ οὐ κρινῶ: Οὐ γὰρ δὲ ἔχρατος οὐδὲ τίς γε γένοςμαι.*

Errata

Errata corrigenda.

Relegi hoc opus cursim, ac ualde propter in magnis meis occupationibus; inueni quædam mendose descripta, quæ ad orthographiam, quæ ad interpunctiones attinet, quædam etiam perperam omnino concepta animaduerti, propterea quod, vt apparet, typorum coagmentator non fuerit probe affectus mei characteris formam; & ego deinde conuiuentibus oculis in cursu editionis ea præterierim: nunc huiusmodi errorum aliquot hic emendare visum est, vt eorum exemplo reliqua, si quæ supersunt, studiosus lector pro sua benignitate castigare possit: omitto autem illa, in quibus nõ semper eadem seruata est scribendi ratio, veluti sylua, silua, arena, harena; sydus, sidus, secutus, sequutus, & ab hoc composita, Astacus, Astacus, Sylenus, Silenus, & reliqua: nam omnia hæc, atque his similia perleuia omnino sunt, atq; huiusmodi sanè, vt putidum videri possit, si operam, ac diligentiam adhibere velim in illis emendandis: hoc in vniuersum dixerim, omnia hæc, atq; his similia semper uno, eodemq; pacto scribi oportere: iam *felix* in *felix* conuertendum esse norunt omnes: verum hæc pluribus non prosequar. pag. 1. linea 3. CHARTAGINIENSIS emenda. CARTHAGINIENSIS. p. 5. l. 18. summum diei. e. anni. ibi. l. 21. die. e. anno. ibi. l. 23. tua rura. e. arbuta. ibi. l. 32. uitur. e. usus. est. pag. 17. l. 22. ἀνδρωπλοσις. e. ἀναδιπλοσις. pag. 21. l. 17. quæ nostri. e. quæ nostri. pag. 23. l. 36. Phryas. e. Phrygas. pag. 25. l. 4. τελεεμβοις. e. πετεεμβοις. ibi. ἀρχεπιπ. e. ἀρχεπι. ibi. l. 26. custodire. e. custodiri. pag. 29. l. 36. ἐρωτομασια. e. ἐρωτομασιας. p. 38. l. 20. Hesternofq;. e. Hesternoq;. pag. 40. l. 22. ortus. e. orsus. l. 22. p. 48. l. 31. metuendæ. e. metuendæ. p. 56. l. 30. Iam fortiora. e. Tam fortia. p. 78. l. 5. prestent. e. prestant. p. 121. l. 8. ἀγπ. e. ἀγπ. pag. 129. l. 36. fremit. e. fremit. pag. 131. l. 18. natoq;. e. natoq;. pag. 133. l. 15. Tum. e. Tu. pag. 137. l. 34. ad hirundinum. e. ab. ibi. l. 37. luo. e. luto. ibi. l. 38. incumbant. e. incubant. l. 35. Tertullianus. e. Lactantius Firmianus. pag. 147. l. media. e. primæ. pag. 148. l. 14. sed hinc. e. hic. pag. 155. l. 31. deponit. e. deponit. pag. 156. l. 2. concipi. e. concipere.

FINIS.

Epistola

Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

FINIS

EPISTOLA

R. D. HVGOLINI
MARTELLII
EPISCOPI GLANDATENSIS,

In qua loci aliquot horum Poetarum
vel declarantur, vel emendantur.



Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

HVG: MARTELL:

ROBERTO TITIO
S. P. D.

VNVS mihi à te percommodè redditum fuit, Titi mi, neq; aliud suavius pro tempore, vel magis animo meo salutare potuisse accidere, comperio. In luctu iacebam, eoq; consternatus luctu èatenus, vt quando me, vel qua ratione ab acerbissimo dolore, ac mœrore vindicare possem, non cernerem. Carissimum, atque amantissimum fratrem nuper amiseram CAROLVM, virum optimum; Heu quem exitum lachrymarum, & squalloris in hac vita vnquam inuenero? Amores, ac deliciae meae omnes vno ictu conciderunt: fratrem amabilissimum amisi; sed cur fratrem voco, & non potius mei, suorumq; reliquorum fratrum vere parentem, qui nos cunctos, ac singulos, (& vero permulti generis vtriusq; fueramus germani) tanquam diligens, prouidens, & studiosus pater alter (viuentibus adhuc optimis parentibus) rexit ille, instruxit, adiuuit, atq; ad vitæ normam, ad quam quisq; destinatus erat, cura, sedulitate, labore, opibus etiã suis illexit, impulit, ac propè collocavit: fuit enim CAROLVS MARTELLIVS frater, vt in omnes quos norat, vel quibus cum agere quicquã aut priuatim, aut in aliquo publico munere posceret vsus, ingenio perquam amabili, & fide integerrima, sic aduersus fratres ac sorores admirabili, & plusquam paterna caritate, benevolentia, prouidentia, liberalitate. Cæterùm laudes eius persequi hoc loco non est animus, tantum te, munusque gratissimum tuum his verbis ornatum, & dilaudatum velim, quo desiderium meum, tãquam diuino, immissoq; diuinitus phar-maco vel abstersum, vel certe mirum in modum delinitum, atq; imminutum sentio. Nam statim atq; Nemesianum tuum cum parte Calphurnij (tui enim iure; qui per te reuiuiscunt poetæ boni) eiusq; primores versus legi, de fratris dormitio-
ne in

ne in domino bene ominari placuit, in hos autem omnium primos incurrit oculus.

„ *Quem nunc emerita permensum tempora vita*
„ *Secreti pars orbis habet, mundusq; piorum*

In fratris etenim dulcissima memoria atque amore defixus animus de fratre Vatem Vaticinatum sibi persuasit: Vti quæ paulo post sequuntur, fratri CAROLO perbelle cõuenire censebamus, & lætabamur.

„ *Plenum tibi ponderis equi*
„ *Pectus erat, tururicolùm discernere lites*
„ *Assueras, Varias patiens mulcendo querelas,*
„ *Sub te iuris amor, sub te reuerentia iusti*
„ *Floruit.* Hæc atq; id genus plurima de illo verissime

pronũciata in ea prima Ecloga, quantopere tristem animum, mœroreque planè confectum releuarint, explicari vix potest? Quid enim lugentibus carissimos, & amicissimos accidere iocundius potest, quàm laudes illorum recolere, quæ si per laudatos viros celebrentur, Tum illæ demum cum voluptate mœstitiam temperantes, luctus tristissimi acerbiter frangunt & mitigant. Itaq; vt dicere inceperam, valde opportunus, ac propemodum necessarius mihi tuus libellus allatus est, qui præterquam q̄ felici, & auspicata quadam fratris recordatione ex antiqui, & nobilis Vatis Carmine me non mediocriter recreauit, Tuis quoq; doctissimis, ac suauissimis Commentarijs planè exhilarauit: Animus namq; semper discendi & noua percipiendi cupidus, dum tua perlustrando multa sibi hætenus incognita docetur, plura iam dudum oblita reminiscitur, in nonnullis etiam, vt fit, in diuersa abeundo subsistit paululum, & à luctuosis tantisper cogitationibus feriat, ad sese tandem redit, & secum habitare incipit. Verumenimvero in tuis perlegendis, quia tantum leuaminis nactus sum: age experiamur, num in iisdem illis tuis meditandis, & perscrutandis, stylo etiam prosequendis opis tantumdem, & solatij, vel etiam aliquãto amplius auferre detur. Vt enim scriptio maiorem aliquãto intentionem animi, q̄ lectio requirit, ita sperandum est in scribendo multo plus, quàm in legendo cunctos sensus & vniuersam mentem ab omni agritudine, & tristibus cogitatis posse auerti, & si animum intendas acrius, diutiusq; etiam radicatus euelli. Ergo per singula Eidyllia quæ meditabar cursim, annotabo sigillatim.

AD ECLOGAM PRIMAM
NEMESIANI.

ANNOTATIO PRIMA.



N foribus aiunt, sed ego in ipsas fores incurrebam, atque anceps ibi subsidebam. Nam cum rura Tityri cicadis resonare dicantur (hoc iam sole in calescente fieri compertum est) non sat conuenire bene id videbatur cū eo quod ros, & primi clementia solis greges ad passionem inuitarent. Sed non ad Clepsydram metiuntur poetæ momenta temporum, oratorum instar vel Astrologorum, sat illis sit (præsertim si ruri habent) diē quem vocamus artificialem in tres partes diuississe, matutinā, meridianam, vespertinam; totam illam matutinam, quæ suos habet gradus, primum solem vocari rectè, quis neget? at in ultimo primæ huius partis gradu cicadis arbusta resonare, nullam solis inclementiam adhuc sentiri, roscida gramina superesse alicubi, nullus vetat. Eadem itaq; ipsa hora, quæ nostram dictam tertiam paulo antecedit, & primum solem, nec inclementem ferimus, & Cicadarum strepitu nostræ obsurdescunt aures: pingui namq; minerua hæc tractant poetæ (vti dicebamus) præsertim rustici, quemadmodum pingue, & illud naturis hominibus foret, dum semihoræ spatium vix consumitur in his cantandis, quæ in laudem Mælibei afferuntur, integrum diem à prima hora vsq; ad extremam posuisse, concluditur enim

„ Sed iam sol demittit equos de calmine mundi
„ Flumineos suadens gregibus præbere liquores.

ANNOTATIO II.



Vrsus hæsitandi, atq; ab erudito Poeta requirendi causa erat, quid Orpheus afferret plus suis modulatis, quam Phæbus suis carminibus in illis versibus.

„ Namque fuit dignus senior quem carmine Phæbus
Pan

„ Pan calamis fidibusq; Linus modulatis Orpheus
„ Concinerent.

Nam si modulari canere est, & carmina dicuntur cantus, quia cantatur. quid Pan faciat calamis, quid Linus fidibus, & quomodo studia inuicem illorum differat, videmus, cæterum quomodo carmina Phæbi à modulatis Orphæi discernantur, in dubio restat. Sed res non habet obscuritatem, & Nemesiani non vulgarem doctrinam & diligentiam illustrat. Aliud namq; est fungi officio Poetæ, aliud partes tractare Musici: illi carmina pangunt, hoc est cogitata certa verbis numero certo astrictis effingunt: hi carminibus sic compactis sonum accommodant, & canendi modum hoc est vocis tenorem siue accentum moderantur, vt libet, tum elatione, vel depressione, tum celeritate vel tarditate, quod nos vernacule dare acrem, vel notas facere vocamus. Diuersa carmina modulatu eodem cantari fas est, & diuerso modulatu carmina eadem item cantari, non dedecet: sic rectissimè dictum fuit, Phebum tanquam Poetarum Deum carminibus; Orpheum tanquam Excellentissimum musices artificem modulatis.

„ --Acta viri laudesq; sonare

ANNOTATIO III.

„ Hæc tenuit tales comunis causa querelas



DIFFICILIS locus, & prout hætenus iacet, mihi planè desperatus, nam nec quid sit tenere querelas intelligo neq; quæ sensus vllus pulcherrimo superiori aptus eliciatur video; ac sanè codices antiquiores impressi nec retinent, vbi recentiores omnes legunt hæc. vnde tantilla mutatione, & sententia planissima legendum duxi. Nec renuit hoc est, fleuimus quidem nos amici, atq; alumni obitum nostri Mælibei, & meritò quidem fleuimus adhuc & suspiramus dilectum nostrum, quandoquidem populus ipse Romanus lachrimas nostras suspiriaq; nostra probauit, tantum ac talis interitu viri magnam in Repub. iacturam esse factam arbitratus. Hæc est causa comunis. Legemus itaq; posthac.

„ Nec renuit tales communis causa querelas

ANNOTATIO IIII.

„ Sub te ruris amor, sub te reverentia iusti
 „ Floruit.



QUAMquam religio mihi est innouare quicquam, ex quo sensus alioquin promatur minime absurdus, Tamen quando *Ius iusto* paulo magis affine cernitur, quàm *rur*, & nihilominus Te, Titi, video in explicâdo *ruris amore* in diuersas sententias discedere, quasi certissimus non esses. Addo quæ antecedentia, & consequentia iurisdictionem sapiunt, non rusticationem, legi malle, *sub te iuris amor*. Tuum sit iudicium, quo plurimum valles.

ANNOTATIO V.

Iam illud quod statim sequitur.

„ Blanda tibi vultus grauitas, & mite serena
 „ Fronte supercilium.



CONCEDAS mihi velim: quæ tua humanitas est, & in antithetis pulcherrimis dignoscendis acumen ingenij, *serena* mutandum omnino esse in *seuera*. Nam hoc pacto *blanda grauitas in vultu*. & *seuera frons cum mite supercilio* venustissimâ compositionem, & Oppositionem efficient.

AD ECLOGAM SECVNDAM
NEMESIANI.

ANNOTATIO VI.



IN primo versu, imò certe in ipso epigrammate personarum introducendarum mendum insedisse in omnibus vulgatis exemplaribus pro comperto habeo. Nam vbi *Astacus* legitur; *Idas* adscribendus. errorem emanasse putamus à primo item versu, Eclogæ tem secundæ Calphurnij.

ANNO-

ANNOTATIO VII.

„ --Venerisq; immitis vterq;.



NON video cur titubandum sit, si legatur *immitis*. aptissimo sensu, nimirum immaturæ. Nam vt matura quæ fiunt, mitescunt, & tandem (nos vernaculo nostro sermone dicimus *mezzi*) quasi mitia euadunt, ita quæ immatura adhuc immitia dici merito possunt. Superfedeo bonorum auctorum exemplis, quæ tibi suppetunt affatim, & domi nascuntur tuæ. Si verò legamus *imbutus*, quod tamen minus probarem, exponeremus tinctus, & aspersus, quasi tunc primum Veneris adolescentes ij gaudia delibassent.

ANNOTATIO VIII.

„ --Improba Ceruix.

„ Suffususq; rubor crebro, venæq; tumentes



IMPLICITER hæc intelligamus, amabo te, neq; ad amoris indicia gratis confugiamus. Eandem ré quàm instituerat magis adhuc, & magis physice, ac poetice vrget pingendo. Pubescentes *Teaxæ* ad verbum *hircire* nullus nostrum ignorat. Ergo tenuiori de filo non amplius vox illorum resonat. Quid (fodes) inde consequitur? non ne linguis eorum, hoc est instrumentis omnibus vocalibus maius onus, & magis sollicitum incumbit, si clariorem vocem exerere cordi sit? in hoc nixu non ne ceruix improba nobis sit? hoc est pertinax, contumax, inobediens, denique minus respondens claritati vocis quam meditatur? hæc est (ni mens improba sit) pura & germana loci huius intellectio: dum autem improbitatem & contumaciam ceruicis domare, & peruincere cõtendimus, & vim facimus animæ & laringi tum venæ tument in gutture, & (quod necesse est) eo accurrente sanguine colli partes omnes rubent.

AD

AD ECLOGAM TERTIAM
NEMESIANI.

ANNOTATIO IX.

- „ *Hanc pueri tanquam predam pro carmine possent*
 „ *Sumere, fasque esset calamos tractare deorum*
 „ *Inuadunt furto*



RGVTE tu quidem mi Roberte atque ingeniose *predam* conuenire huic loco pro *predam* cœsisti, atque ego tibi subscribam libens, modo idem Nictilos atque Micon habuissent in animo apud Nemesianum, quod intenderunt Chromis, & Mnasyllus apud Virgilium. Simile quiddam, non verò prorsus idem aucupati sunt vtrumque illorum par. A Sileno Virgiliano poposcerunt agrestes pueri carmina, quæ ipse Deus illis exponeret. In Pane Nemesiano simplices, atque ignari adolescentes carmina quidem exquirebant, sed quæ ipsimet effingere ad libitum nossent, rustica. n. quadam persuasione crediderat, si fistulam Panos modo nansciscerentur, carmina quæ vellent continuo suo Marte edituros, itemque fistulam diuinam perinde atque illum nullo negotio tractaturos. Expressum hoc fit ex illis quæ sequuntur.

- „ *Sed nec resonare canorum*
 „ *Fistula quæ fuerat, nec vult contexere carmen.*

Audacter enim lego *fuerat* pro *lucuerat*, & non *fuerat*, quod cum accusandi casu in relatiuo quomodo societur, non arior. Vt autem noster hic sensus apertius intelligatur subdit Poeta.

- „ *Sed pro carminibus male sibila dissona reddit*

Ergo poscebant ij pueri carmina non à Pane, sed à fistula panica si quis obiciat. Pan dixisse illis

- „ *Pueri si carmina poscitis*
 „ *Ipsæ canam.*

Respondeo ipsum hoc mirum quantum nostræ sententiæ faueat. Nam illud *ipsæ canam* sat arguit Pana hoc voluisse, si carmina cupitis, carmina quidem habebitis pueri, sed à me ipso, non à mea fistula, vel à vobis. Itaque vtroque in cupidine vestro

vestro decepti fuistis, nam fistulam Dei non licet tractare mortalibus & carmina non suppeditat mutum, & brutum instrumentum Dei, sed diuina inspiratio accedente humana industria, & labore.

ANNOTATIO X.

- „ *Hæc satus cepit calamis sic montiuagus Pan*



ÆREBAM hoc loco dubius quomodo Pan potuit set cantare calamis si fistulam Panos inuaserant furto pastores, nec redditam illam Pani, sicut par erat, legebamus. At diuine cognouit & cognitam diuine expressit Poeta Deorum vim longe aliam ab humana: Homines à nolente, & repugnante sine vi aliqua nequeunt extorquere quicquam; Deus contra à nolente & quantum vis renitente quicquid libeat, tanquam à volente, & permittente elicit, immò nolentem vi nulla adhibita reddit volentem, & auentem. Ignari pueri dum Syringam Panicam apud se esse putant. ecce à Deo illam inflari percipiunt, & mirantur.

AD ECLOGAM QVARTAM
NEMESIANI.

ANNOTATIO XI.

- „ *Non possum nolle negantem.*



ENSVS qui ex hac scriptura eligitur valde contrarius est ardori Mopsi, atque eius cupidini, itaque dum nititur demulcere & ad suos affectus procliuem Meroem reddere, ea pronunciat, quæ in sua duritia persistere illam inuident. Nam si dicat Mopsus non possum non amare quæ negat, & me refugit, Puella, quæ adolescentularum more mi magis affectabat quam amarim, statim intra se dicet, si quicquam sapias Meroe, nega semper tuo Mopso, nam ille amabit vsque & vsque. Itaque abiecta scriptura quæ contraria sit sententiæ distantis; legam (si tibi & alijs viris doctis non displiceat) *possum non velle negantem*, vt in aliquibus exemplaribus adnotatum in margine memini,

memini, quæ lectio & superiori sententiæ valde consona est, & non modo suadet, sed quasi vim affert Puellæ. Ne Meroe, ne vana spe lactes amantem, dic aperte velis, nolis, nam etsi perditæ amo, vir tamen sum, nec patiar diutius me illudi, liberari me arbitrato meo ab amore possum, Vide ergo quid agas, & quocum tibi res fiet. Hæc sententia (ni fallor) digna est erudito Poeta, & polito.

ANNOTATIO XII.

- „ *Et genus aereum, Volucres & squammea turba,*
 „ *Et montes silueq; suos habet arbor amores.*



ET si quæ tu, doctæ Titi, de arborum inter se amicitia mutuoq; affectu affers, pulchra sũt, & verissima, tamen ego simplici Minerua sic intelligo; Amore inesse rebus omnibus omniaq; ad amorem esse natura procliuiã, nam non solum animantium genus omne in quibus discrimẽ sexus apparet, mutuo se mas amant, & fœmina, sed animantia quoque, stirpes, & plantæ, in quibus eiusmodi discrimen non sic apparet, imò vero etiam quæ inanima sunt, vt montes ipsi, & quæ intra montes includuntur lapides, metallaq; suos habent amores, nam omnia quæ natura constant suos fœtus habent, & amant. mare ipsum, & bruta tellus concipit hyeme quod turgeat Vere, maturet æstate, pariat Autumno.

ANNOTATIO XIII.

- „ *Hæc eadem, nobis quæ versicoloria fila*
 „ *Et mille ingnotas Michale circumtulit herbas.*
 „ *Cantauit.*

Hic ego interpunctionem ponere post *nobis* malim quã post *eadem* quod & si multi momenti non sit sententiam tamen reddit pulchriorem, liquidiorem.



AD

AD ECLOGAM PRIMAM
CALPHURNII.

ANNOTATIO XIII.

- „ *--Gracileis vbi pinea densat*
 „ *Sylua comas, rapidoq; caput leuat obuia soli*



IS nos obuij simus nobis ipsis, locus peruius est, nec vllis vmbriis densatur, modo *caput* pro humano capite, vt vox capitis à primo sonat, accipiamus. Nam cum de *Ore torrido* defendendo, hoc est capite ne torreatur à sole imposito Galero Corydon mentionem fecisset, subito in eadem sententia; Ornytus infert, quod sylua pinea adeo vmbrosa erat, ac ramis inter se cõplexis ita dẽsatur, vt *obuia facta soli rapido*, id est, inter nos, & solem se se obijciens *caput leuaret* nempe efficeret sua opacitate, ne radijs solaribus caput nostrũ grauaretur. *leuare* enim contrariam actionem significare ei, quæ per verbum onerare vel grauare notatur, ambiguum nõ est. Ergo tantumdem valet *leuare caput* atq; non onerare vel solarium radiorum repercussione grauatum non efficere. Sententia Hercle planissima, nec vlla in parte salebrosa.

ANNOTATIO XV.

- „ *Medione sub æthere seruit.*



DILIGENTER locus hic attendendus, nam (ni falsus sim) non fuit mens Poetæ complecti hac descriptione vniuersum terrarum orbem, vel saltem totum nostrum hemispherium. quarta orbis parte contentus fuit atq; etiam angustiore, neq; de quinque zonis vllam cogitatioem suscepit in hisce carminibus Calphurnius, nec decebat, cum re vera tunc temporis ad omnes mundi plagas Imperij Romani, neq; maiestas neq; arma peruenissent; tantum intendit comprehendere partem nostri orbis habitatam, & Imperio Romano parentem, videlicet quæ intra tropicum Cancræ, & polum nostrum articum hinc inde solem orientem versus, & occidentem interiacer.

Bb Ita

Itaque quinque nationum genera attingit latarique & exultare, iubet. primo quæ ad austrum sunt, & ad circulum solstitialem spectant, has vocat *gentem imam* intuitu septentrionalis, quæ secundo loco ponitur, quam vocat *Boream erectum*, Nam *hic vertex nobis semper sublimis*. tertio, & quarto loco populi orientales, & occidentales inseruntur. tandem, & quinto loco nos annumeramur qui medij inter has quattuor tunc Imperio Romano seruebamur, unde dicit

„ *Mediæ sub æthere seruit.*

Qui zonam torridam habitabant nõdum Romanis fascibus colla submiserant, imo neque à Romanis hi populi noscebantur, cū (vt tu rectissime doces) à Veteribus inhabitabilis (quamquam falsò) creditus fuit totus tractus zonæ torridæ dictæ.

ANNO TATIO XVI.

- „ *Scilicet ipse Deus Romanæ pondera molis*
 „ *Fortibus excipiet sic inconcussa lacertis*
 „ *Vt neque translatis sonitu fragor insonet orbis*
 „ *Nec prius ex meritis defunctos Roma penates*
 „ *Censeat, occasus nisi cum respexerit ortus.*

DIGNVS locus, qui diligenter excutitur, perdifficilis sanè, verum pulchritudine, ac claritate pensabitur omnis difficultas, & labor; vna dictionis notula importune collocata asperitatis tantum, & salebrarum in duobus vltimis hisce versibus infundebat, vt venustatem illorum vniuersam penitus eliminaret. laudat, vel palpat Augustum Poeta, quicumque ille tunc esset Imperator, nostra nil modo refert; At nihil aptius, luculentiusque dici poterat in laudem noui Principis, quam tantam fuisse eius vel fortunam, vel gratiam, vel prouidentiam, vel etiam potentiam, vt in translatione tanti Imperij, nouisque habens tam vasti Regni suscipiendis nulla omnino commotio vel facta iam, vel futura mox foret in Republica, cunctosque populos tot, tamque diuersarum Prouinciarum, & nationum æquissimo animo se se parentes atque obediens nouo Regi vel præbuisse, vel præbituros esse. Hic est totius huius complexionis sensus verus probus politissimus: Ordinem autem, & explicationem verborum non pigebit atterere: *scilicet ipse Deus*. Intelligimus hæc de Carino, non de

Nume-

Numeriano, qui quidè Numerianus Carini frater germanus fuit non filius; Numerianum autem ab hoc loco dimouemus, & Carinum substituiamus, quia post obitum patris Cari Imperatoris, hi duo eius filij ab ipso pridem Cæsares dicti suscepterunt simul & animis concordibus Imperium, sed Numerianus in Oriente, vbi non multo post occisus fuit, nec Romam Imperator vnquam venit; Carinus in occidente, circa nostræ salutis annos 284. & de eo, qui Romæ potuit fuisse cum Imperio, sine magno errore omnia hæc dicta esse arbitramur. Dioclitianum vero nõ moramur, cum is non sine magna contentione, & Reipublicæ perturbatione, multisque & ancipitibus prælijs aduersus Carinum susceptis, Imperium adeptus sit. Ergo hic *Deus Romanæ pondera molis fortibus lacertis* tam suauiter molliterque excipiet, vt ne tantillum quidem ingens hæc machina, dum quasi loco mouetur, & de manibus patris Cari in vnas Carini filij transfertur concussa vel concutienda, aut ex allisu crepitem vllum, nedum fragorem ediderit, vel editura sit. Explicat magis adhuc. Ita sanè in nouo adipiscendo Imperio tranquilla, quieta, & pacata fuerunt omnia, vt non prius Romæ suspicio vlla de obitu Imperatoris Cari penetrauerit, quam simul lætissimus Nuncius de Imperio suscepto à Carino quidè in occidente, à Numeriano autem in oriente iunctis in vnum Fratrum voluntatibus afferretur, itaque Roma non prius rescituit penates *defunctos ex meritis*, i. patrem Carum, qui in Imperio administrando functus, vel defunctus erat *ex meritis*, i. probe se gesserat, valet enim *defunctos ex meritis* idem profus ac si dixisset *emeritos*. Non prius inquam Roma censuit hos *emeritos penates esse occasus*, i. rescituit occidisse Carum patrem, quam respexerit, & cognouerit quasi solem orientem emeruisse nouum Imperatorem Carinū. Quid hæc sententiâ pulchrius elegantius acutiùs excogitari potuit: verba etiam significantissimè illam præferunt; Nam aludens ad ortum solis, & occasum (metaphora sat nota in recenti & victo Regibus significandis) dicit nõ prius Roma rescituit *occasus*, idest defecisse vnum, quam respexerit *ortus*, idest nouerit creatum nouum Imperatorem alterum. Et artificio mirabili non dixit *occidisse*, sed *occasus*, quoniam Deorum occidere nõ est. At „ *soles occidere, & redire possunt*, inquit ille, itaque vt inuidia plena de Augusto, vel de Deo vox erat *occidere*, ita contra plausibilis vox, & metaphora fuit *ortus* &

Bb 2 occasus.

occafus. Notam autem distinctionis, quæ primo erat post verbum *conseat* transtulimus post nomen *occafus*, quæ vox cum respondere debuisset illi *ortus* & propterea in numero plurius censenda fuisset, cum vocabulo vnitatis conuenire quæ possit, vides. Si nostra hæc viris doctis, ac tibi præsertim, Roberte Titi, non displicebunt, operæ precium aliquod his lucubrationibus me fecisse putabo.

AD ECLOGAM SECVNDAM CALPHVRNII.

ANNOTATIO XVII.

„ *Formosus vterq; sed impar*

„ *Voce sonans*

X ista quidē tu scriptura, Titi, sensum mulges, quantum pote sit, suauem, sed palatui meo non nondū sapit. Nam Conceptio illiusmodi poeta digno sat digna nō videtur, quorsum enim pastores cætu decertantes inuicē, impares voce fingere? Melius Nemesianus qui in simili certamine cōgruēter.

„ *Ambo æuo cantuq; pares, nec dispare forma*

Melius vtriusq; magister optimus Virgilius.

„ *Et cantare pares, & respondere parati*

Quid? quod sibi ipse Calphurnius contradiceret, qui in calce huius eidylli eosdem hosce pastores æquales cantu pronunciat, inquit enim.

---Nam Vos

„ *Et decor, & cantus, & amor sociavit, & ætas.*

Nam distinxisse cantum à Voce, & de Voce bona, vel improba sollicitum fuisse Poetam, persuadere mihi nō possum. Itaq; lego, vt res ipsa docet legendum.

„ *Formosus vterq; neq; impar*

„ *Voce sonans.* Secus autem, quattuor illis collectis, quæ tu optimè obseruasti, non omnibus paria reddidisset, certè non meminisset in propositione peritiæ canendi, & in collectione omisisset vocis imparitatem; Itaq; quattuor posita in Epilogo, maximè probant correctionem nostram factam in proemio.

ANNO-

ANNOTATIO XVIII.

„ *Nam potes irriguis mutare canalibus hortos*



LIVD *mutare* admonuisti repertum alicubi à te *nutræ*, sed vtræ lectioni magis adhæreas iudicare non possum, iudicium enim tuum in ambiguo mihi est. Nos *mutare* nequaquam mutandum censemus, nisi si *ortus* tuos probādo magis quam *hortos*, *maturare* malimus quam *mutare* non inepta sententia, & voce; sed *mutare* sensum reconditum, & olitoribus valde gratum reddit, virtus enim horti, & olitoris compendium est, posse eodem anno, atq; eadem in area horti diuersas ac diuersas Sationes, & plantationes facere, vbi dudum fuerant lactuca, bletas inde vel cepas exempli causa colligere, hoc sine aquarum & canalium liberali beneficio iugique irrigatione fieri nequit.

ANNOTATIO XIX.

„ *Et fingere liba Priapo.*



PLACET mihi mirandum in modum correctio, quam in vno manuscripto codice repertā à te ais, *fingere* vbi erat *figere* vel *fundere*. Nam vt *fundere* locum non habet in re minime liquida, vel non pro liquida sumpta, & vt *liba* quæ in vsum cibarium veniunt non bene affiguntur vt pictæ tabulæ reliquæ; anathemata parietibus sacris affigi vel suspendi consueuerunt, ita *fingere* in libis, quæ Priapo dicarētur, dici vix potest quantum mihi arrideat, ac sanè cum libum (M. Catone Magistro) potissimum fiat ex farina simillacea, de libo (sicut in placentis nostris vsu venit) effingere quicquid volumus, & in quacūq; formam volumus, procliuè est. Quæ vero hortorum, ac deliciarum Deo forma vel effigies maximè grata foret intellegi malo ab alijs, quam explicari à me. Itaq; venustissimè dictum fuit,

„ *Nos quoq; pomiferi laribus consueuimus horti*

„ *Mittere primitias, & fingere liba Priapo.*

ANNO.

ANNOTATIO XX.



SEQVITVR statim ,, *Rorantes fagos damus, & liquetia mella.* Ne cogamur vaticinari, potius quam interpretari non *fagos* legimus, sed *fauos*, numeri autem ergò, quod alioquì ductus verborum exposcebat, addita copulatiua, legimus *rorantesq; fauos*. Quantũ verò leuissima isthac mutatio habeat venustatis & congruentiæ (etiam tacente me) nouerunt omnes.

ANNOTATIO XXI.

,, *Mille renidenti dabimus tibi cortice Chias*



NON persuadent tibi, mi Titi, qui retinent hic libentius *renidenti* quàm *renitenti*. Sed persuasissent (puto) si tibi succinuisent ilico, quod ipse nunc (te non dubito applaudente facio) optimæ & oportune lectæ fici notas, quarum vna est, *nec in postremis*

,, *Gocci di pianto, & scoppi delle risa*

Significare hinc poeta voluerunt. tunc laudantissimas esse ficos cum scissa pellicula quasi renidère videantur. At corticem habere *renitentem* præsefert duritiam, & immaturitatem ingratham, & lautioribus labris viscosam, odiosamq;.

ANNOTATIO XXII.

,, *Fontibus in liquidis quoties me conspicio esse*



Ro esse, quod sanè superuacaneum, & insuane est, Aio me ijs ipsis in exemplaribus tuis, vnde tu multas varietates & correctiones eruisi, legisse ipse & verò bene. Tu iudicabis. legatur itaq; posthac.

,, *Fontibus in liquidis quoties me conspicio ipse.*



AD

AD ECLOGAM TERTIAM
CALPHURNII.

ANNOTATIO XXIII.

- ,, *Sæpe etiam Leporem decepta matre pauentem*
 ,, *Misimus in gremio, per me tibi lilia prima*
 ,, *Contigerant, primeq; rosæ*



E grammaticæ normæ gratis labefactentur libentius distinctiouem apponerem post illud *misimus* continuo & alioquin dulcissima resonat illa sententia in gremio tibi per me contigerunt lilia prima, rosæq; primæ, sed hoc leuiusculum, id quod sequitur nequam leue.

ANNOTATIO XXIII.

- ,, *Qui metere occidua ferale nocte Lupinos*
 ,, *Dicitur & cocto pinsare legumine panem.*



VIDISTI tu vir docte, atque Oculare difficultatem huius loci, proinde in commentarijs nulla tantæ variationis mentione facta *cocto pinsare legumina pane* descripsisti, Atq; id duobus modis laboras explicare, quasi neutrum acri, & purgatissimo iudicio tuo satisfaciatur: Antiquam & vulgatam scripturam nos retinendam censuimus, ingenue fatentes nisi longo rerum vsu edoctos, quo pacto in difficultate annonæ, sterilibusq; annis egentes rustici sibi consulere soliti sint, & familia, nunquam intellecturos fuisse quid sit *cocto legumina panem pinsare*.

Nam duæ res valde inter se distantes videntur, coquere, legumen, & pinsare panem, vel pinsere, illud coquinarium est, hoc pistorium. At subtile comæterum fuit, & ad rem familiarem, vel augendam, vel tuendam, vel etiam per compèdij rationem ad familiam sustentandam valde vtile, coctis leguminibus cuiuscunq; generis suppetant, vel ijs quoque frugibus, quæ leguminum instar elixata eduntur, Vt oryza præfer-

presertim, & milium decorticatum, id proprie forsitan latine dicebatur pisitum, nos vulgo *brillatum*, Item Lupini aqua prius macerati, & edulcati, quod egentiliorum hominum, extremum refugium est, & alia huius nominis plus minus: Utile inquam, & oppido quam compendiosum commentum fuit, coctis leguminibus, & ijs in pulvem redactis admixto certo farinae triticeae pondo, adhibitoq; fermento panem conficere: quod subigendo & pinsando diu, atq; diu fit: Cum itaq; Lycidas exprobare riuale suo vellet cum furti nota summam mendicitatem, contra id quod ille montes aureos iactabat, dicit. Mopso in more esse per noctem metere, scilicet in campis alienis, *lupinos*, quos ob amaritudinem vocat *serales*, quasi execrandos & inuisos: & ex hoc legumine (ponit enim poetico ritu genus hoc frugis in leguminibus) probè atq; per ocium cocto, & per coctionem plurimum aquae absorbente, atq; inde plurimum excrecente, farina, quantum sit satis ad panificium, adscita, & tota illa massa susq; deq; bene, ac bene subacta, panem sibi quo misere sustentaretur parare. Res modo facta est, vt arbitror, aperta, & indubitabilis.

ANNOTATIO XXV.

„ *Perfer & exora modulato Phyllida Cantu.*

RIMVM illud constat in antiquioribus illis libris impressis, qui propterea minus corrupti ab improbis correctoribus censendi sunt, dilucide haberi.

„ *Perfer & ore tuo modulabor Phyllida Cantu.*

Sententia præclara sine controuersia: Nam etsi bonus Iolas sedulum se nuncium Lycidæ apud Phyllida fore pollicitus esset, dicens

„ *—Si quid mandare iuuabit*

„ *Sedulus irata contingam nuncius aures.*

Lycidas tamen ab Iola nil aliud quæsiuit, ac voluit, nec è, re sua futurum sperabat aliud, quam fideliter recitari Phyllidi sua Carmina. in his à se ipso compositis omnem spem suam collocarat, reliquorum & verba, & voces, & cantus nil pensi habebat: Deinde huius etiam suæ persuasionis causam reddit, itaq; respondet

„ *Iam dudum meditor, quo Phyllida carmine placem,*

„ *Forsitan audito poterit mitescere cantu*

„ *Et*

„ *Et solet illa meas ad sydera ferre Camenas.*

Ergo perfer tantum ò, Iola mea Carmina in libro Cerasi à te notata, & descripta, sedulo perlege illa meæ Phyllidi; sic nanq; fiet, *Vt ore tuo*.i.per Organa vocis tuæ, ego *moduler* i.ad modum, mansuetudinem, miseriq; amantis & languentis commiserationem adducam domi nam meam: Et vero si ethymon Verbi *modulor* attendamus, modulari nil aliud esse comperiemus, quam modum.i.mensuram adhibere, Vnde modulari proprie est mensurare, sed translare (vti superius de modulatu obseruabamus) modum & rationem vocis in cantu præscribere; itaq; *modulari Phyllida* erit modum, & mensuram aliquam præbere Phyllidi in me amando, vel despicendo. potuisset Poeta nullo carminis, vel politissimæ sententiæ detrimento dicere *mulcebo*, sed optimo cantori & modulatori arrisit magis vox propria, quã aliena: Et alioquin illud *exora modulato cantu*, multum officeret amentium amanti studio, qui non aliena virtute, sed meritis proprijs in gratiam redire amicarum expetunt: Quid? quodd illud *modulato carmine* inane esset, cum sat foret exorasse Phyllida, vel sine modulatione, Carminibus Lycidianis scilicet modo lectitandis, & simplici voce pronuntiandis.

AD ECLOGAM QUARTAM
CALPHURNII.

ANNOTATIO XXVI.

„ *—Sed olim*

„ *Non eadem nobis sunt tempora non Deus idem.*



NVM particula *olim* præfens tempus aliquando denotet, meum non est iudicare contra iudicium tuum, mi Titi, sed hoc loco vereor, vt tempus antea actum, longissimoq; interuallo antea præteritum potius significet, vt solet, ac sanè debet: Verum tamen post illud *olim* extemplo notam separationis apponendam iudicarem, & elucebit actutum sententia clara, præclara, percelebris. In re perspicua non abutar ocio, & litteris.

Cc ANNO-

ANNOTATIO XXVII.

„ Est, fateor, Melibæ Deus, sed si mihi Phœbus
 „ Forsitan abnuerit.



Ita rursus beneficio tempestivæ distinctionis pulcherrimi sensus aperiendi datur occasio. post illud *Melibæ* virgula consueta ponatur, deinde legatur iunctim

„ --Deus sed si mihi Phœbus
 „ Forsitan abnuerit.

Hoc sensu. Verum est, quod dicis Melibæ, me scilicet nimis audacem esse, vel etiam temerarium, qui mihi persuadeam, quasi novum Virgiliū, posse me meis Musis in Amicitiam Imperatoris presentis Augusti venire: Verissima sunt certe quæ dicis, sed non propterea desperabo, vel ab inceptis desistam; Nam si non possum meis meritis ad aures Cæsaris deuenire, possum tuo saltem favore, ac gratia. ergo si *Deus meus Phœbus*, ipse nempe Augustus *Forsitan abnuerit*, id est de dignabitur audire mea Carmina. *Audi illa tu Nemesiane*, siue quicumq; alius sis, qui ad instar Mæcenatis studia Poetarum foueas, & gratia multum valeas apud Cæsarem Augustum.

ANNOTATIO XXVIII.

„ Ille dat vi primas.

ALDE suspicor ne in cunctis exemplaribus impressis librorum incuria omiſsa sit hoc loco notatio ad marginem personæ Corydonis, & paulo etiã post, alijs quinque versibus interiectis, personæ Melibæi ad illud *Ille meis*, quinis. n. & quinis alterna illorum concertatio progrediebatur. Hinc rursus ab illo *Pan recolit sylvas*, notam quæ denuo Corydonem indicet, retrahendã esse iudicavi ad superiorem versum qui incipit, *Numine Cæsareo*. Hæc admonuisse fat est, probare nõ est necesse. Neglecta isthæc discretio nebulas ostuderat sententiæ amenissimæ, & eruditissimæ: Nã quis sit ille *securior Lyæo*. & cui referatur illud *ipse*, nullus, credo, audeat affirmare, si teneamus ineptam vulgatorum omnium codicum

codicum de personis introductis notationem: Verum de nostra perquam necessaria distinctione, sensus emergit perspicuus, & elegans. *Pan ipse*. i. rura: quiq; extra vrbes habitant ruricolæ omnes, genus hominũ maximè atrocinijs, rapinis, & armorũ licentiæ obnoxiiũ, *Numine Cæsareo*. i. pace & tranquillitate ubiq; constituta per Imperij noui & Augusti maiestatem, *Securiores* iam sunt ipso *Lyæo* quasi dicat *Securiores* sunt securitate ipsa. Elegantissime profectò Pana committens cum Baccho, intelligit Pana esse magis liberum Libero ipso, ab animi namq; securitate, libertate, ac solutione Lyæum fuisse nuncupatũ Libero patrem, notius est, q̃ vt hoc loco mihi dicendum sit. *Securissimam* autem pacem, & totius reipublicæ ocium desideratissimum significarem sine dubio, si diceremus agricolas omnes esse magis liberos ipsomet Libero, vel libertate ipsa: vbi paulo post vulgati codices habent

„ *Hos precor æternos populos*. mihi dubium nullum fit, longe elegantius, & ad mentem Poetæ congruentius fuisse olim in codicibus non corruptis *æternus*. res parui momenti, sed multæ puritatis.

ANNOTATIO XXIX.

„ *At si forte vaces, dum matutina relaxat*
 „ *Frigora sol, tumidis spument tibi mulctra papillis*
 „ *Implebis, quod melle fluat, rursusq; premetur*
 „ *Mane quod occidua mulsura vedegerit hora*.



Rectissimè doces, Titi, hic locus eandem sententiam gestiebat representare, atque ille alter quem de Virgilij Georgicis attulisti. Verum Virgilio (ni aberrat animus) longe alius sensus fuit, quam tu arbitraris: neq; enim sumus Poeta, ac Philosophus egregius, rerumq; rusticarum experientissimus intellexit, caseum, qui de lacte mane expresso formetur intra paucos dies absumentũ fore, & hunc nõ ferre diuturnitatem; qui vero de vespertino contra in sequentem annum conseruari posse: hanc distinctionem caseorum eò loci Virgilius ne somniauit quidem meo iudicio, immò uero, si res agatur summo iure, opposita sententia ex verbis Poetæ deduceretur? Nam proprie matutinum lac ad casei diuturnitatem deseruit, Lac Vespertinum etiam sine casei, vel confor-

matione, vel diurnitate suos usus habet. Sed verus, & lacte ipso Candidior sensus horum Carminum Virgilianorum est.

- ,, Quod surgente die mulsere, horisq; diurnis
- ,, Nocte premunt; quod iam tenebris, & sole cadente
- ,, Sub lucem exportant calathis, adit oppida pastor:
- ,, Aut parco sale contingunt, hyemiq; reponunt.

Lac emulsum mane vel interdiu caseum tantum præstat nempe qui arescat, solidescat, & durus perduret: Lac emulsum vesperi, non modo caseum item durum, & ad ferendam vetustatem idoneum præbet, sed dat præterea nobis facultatem efficiendi lactea diuersi generis edulia, quæ postridie mane diuendantur: hoc tibi præsentis pecuniæ emolumentum dare non potest lac matutinum, quia dum coaguli tempus expectatur, æstus diei increbrescit, ipsum acescit, lucem crastinam videre non quit, ergo quod dixit Virgilius, lac mane mulsimum nocte premi, intelligendum est aptum fore ad integram pressuram, vt inde caseus aridus, & asseruandus euadat, quoniam lactea illa tenella delicia, quæ subito venundentur, integrum & solidum pressum non ferunt. Lac autem Vespertinum ad vtrumq; usum valet; nam vel *sub lucem exportatur Calathis* hoc est. Sūmo mane intra vimina iunca, vnde nos id genus lactis, *gimcate* dicimus, vel etiam coagulatum tantummodo in vasis pressorij ad oppida defertur recens vendendum, vel salitur (si lubet) perinde atq; matutinum, & pressatur, vt inde caseus solidus, & diurnus euadat. Et hæc de loco Virgiliano, quem præ oculis (non dubito) noster Calphurnius habuit; Verumtamē ad amussim ab illo non fuit expressus, nam de lacticijs quæ vulgus nostrum vocat, siue de lacte recenti, nulla cogitatio apud ipsum. Tantum præceptum dat pastorium triuiale. Lac mulsimum mane ad vesperam premendum & in casei quamuis formam effingendū, cōtra quod mulgetur vesperi, interposita scilicet noctis parte ad coagulū, mane pressandum, & in casei figuram tum temporis representandum. Vnde facile, imò necessariò adducor, illud *messe* corruptum esse, & ex ipso loco Virgilij reponendum *nocte*. Implere autem, quod *nocte sruat* est lac interdiu per ocium coagulatum, tandem vespere in formis illis ligneis ab inferiore parte terebratis, ita pressare manibus, vel imposita re aliqua grauiore adeo coarctare, vt nocte ferosū illud excoletur,

& de-

& defluat. *mulsuram* autem actionem illam mulgendi notare, notum est. Hoc pacto plana & perspicua redduntur omnia.

ANNOTATIO XXX.

- ,, --Neu torrida nimbis
- ,, Instet hyems, nimioq; gelu niuibusq; coactis
- ,, Incuruare velis nemus, & constringere frondes,
- ,, Tum tamen



T vox torrida in hyeme, & sententia, quod frigoribus medijs frōdium strictura prohibeatur, & cæteroquū totus ambitus horum carminum mihi valde suspectus est, itaq; lego

- ,, Licet horrida nimbis
- ,, Instet hyems, nimioq; gelu niuibusq; coactis
- ,, Incuruare velit nemus, & constringere frondes
- ,, Tum tamen, & c.

Minima quidē iactura vulgatæ scripturæ, sed maximo forsā emolumento sententiæ. Præceptum dat valde pastorale, & gregibus salubre. Ad sustentandas per asperitatem hyemis ouiculas tuas, aut capellas sedulus in hoc eris, & gnauus: nondum absoluto autumnno virgultorum, & ramusculorum struem (deputatis arboribus) tibi comparabis, hanc asseruabis diligenter & gregibus tuis paulatim, vbi libera pascua deficient, subministrabis, ita tamen vt cum hoc pabulo nimis arido, & exucto noui semper aliqui virides rami, vel frondes admisceantur. Sed dices. quomodo ingruente seuiore hyeme, dum omnia niuibus obstita, dum earum pondere, & grauitate rami arborum curuantur, dum nimio gelu arescunt omnia, quomodo, inquam, ramos viuidos, aut frōdes succiplenas colligere poterō? Respondet Poeta, in hoc elucet gnauū pastoris omnis virtus, in hoc nerui omnes egregij Opilionis intendendi sunt, labores in hoc nullos detrectare debet sedulus & diligens pastor; Nam hædera, vel salices, nonnullaq; aliæ semper virentes arbores tibi deesse nequeunt, modo non pigeat valles imas penetrare in quarum angulis non vbiq; semper incumbit nix. Quis neget sensum hunc esse pulcherrimum, & huic sensui lectio-nem nostram mirifice consentire? Ad duas postremas Eclogas Sextam, & Septimam Calphurnij, quid annotem sanè non habeo doctissimis, & luculentissimis Commentarijs tuis desti-

destitutus: sub prelo enim adhuc sunt. At ego (fateor ingenue) non prælucente mihi lumine tuo cæcutirem in tenebris. Expectabimus tua quæ restant, & si qua videro in luce conspicienda tua, tua potius dicenda (vtrista hæc) erunt, quam mea. Vale.

HUGOLINO MARTELLIO

EPISCOPO GLANDATENSI

Salutem dico.



REGRET me typographus compendij sui causa mirandum in modum, & de cunctatione assidue mecum queritur: nam spem bonam concepit rei suæ augendæ distractione exemplariorum ab interitu quasi quodam vindicatorum poetarum; itaq; non licet mihi tuis eruditissimis literis in presentia pluribus respondere; ac fiet fortasse, vt aliàs, cum plus otij nactus fuero, ex asse tibi satisfaciam: interim visum mihi est è re studiosorum tuam Epistolam huic meo operi attexere, quod æqui, boniq; consulas velim: cursim, ac valdè properanter hæc scripsi, cum in officina cum operis typographicis colluctarer. Vale.

ROB. TIT.


F I N I S:

REGISTRVM.

* ABCDEFGHIKLMNOPQR
STVXYZ.

Aa Bb Cc.

Omnes sunt Quaterniones.



FLORENTIAE,

Apud Philippum Iunctam.
M D X C.

